

(2)

S A N C T A E G E R.
T R U D I S I N S I N V A T I O N V M
D I V I N Æ P I E T A T I S E X E R-
C I T I A N O N N V L L A.

Nunc de nouo per P.M.F. Ioannem Castaniza, Ordinis
Sancti Benedicti scholij adiecta, per eumque in
lucem edita.



C V M P R I V I L E G I O.

M A T R I T I.

Ex officina Licentiati Varez à Castro.

Anno M. D. X C. I X.

S A N C T A E G E R-
T R U D I S I N S I N V A T I O N V M
D I V I N Æ P I E T A T I S E X E-
C I T I A N O N N V L L A.

*Nunc de nouo per P. M. F. Ioannem Castaniza, Ordinis
Sancti Benedicti scholijs adaueta, per eumque in
lucem edita.*



C V M P R I V I L E G I O.
M A T R I T I.

Ex officina Licentiatii Varez à Castro.

Anno M. D. X C. IX.

i11919449

E X E R C I T I V M P R O R E-
cuperanda innocentia baptismali.

*Vt in fine vitæ tuæ immaculatum baptismum innocentie
tanicam, & fidei Christianæ sigillum integrum & illæ
sum domino valcis presentare, stude certo tempore, præ-
sertim in Pascha & Pentecoste, memoriam bapt. sibi ce-
lebrare. Itaque desidera renasci in Deo per nouæ vita san-
ctitatem, & restituiri in nouam infantiam, & dic:*

D E V S misereatur mei, & benedic mihi: illumi- Psal. 66.
net vultū suum super me, & misereatur mei. Be-
nedicat eum in omni sinceritate & veritate cor meum.
A facie domini moueatur terra cordis mei, in spiritu
oris eius recreetur & renouetur spiritus meus, vt in ter- Psal. 142.
ram rectam deducat me spiritus eius bonus.

*Deinde legas symbolum fidei, scilicet: Credo in Deum, orans
dominum, vt faciat te perfectè abrenunciare satanæ, &
conseruet te in fide recta, viua, & integrata, usque in finem
vitæ tuæ.* Oratio.

D Omine Deus, pius & verus, creator & redemptor
meus, qui me signasti sancto lumine vultus tui, qui
me redemisti charo precio sanguinis vnigeniti tui, &
regenerasti me in spem vitæ per baptismum in virtu-
te spiritus tui: fac me vero perfecto & integro corde,
efficaciter abrenunciare satanæ & omnibus pompis &
operibus eius, & in te Deum creatorem meum per Ie-
sus Christum filium tuum (qui est via, veritas, & vi-
ta) in spiritus sancti efficacia, fide recta ac feruida, viuis

A operibus

operibus redimita, fideleriter credere, tibi adhaerere,
& usque in finem tecum immobiliter perseverare,
Amen.

Pro signaculo fidei tuae dic:

TRINITAS sancta, pater & filius, & spiritus sanctus,
tua diuina omnipotentia regat & confirmet, tua
diuina sapientia instruat & illuminet, tua diuina boni-
tas adiuuet & perficiat fidem meam: ut eam immacula-
tam & integrum reconsignem ante faciem tuam in mor-
tis hora, cum omnium virtutum multo fœnore & usura.

*Pro exorcizazione ora dominum, ut in virtute nominis sui fa-
ciat te prudenter vincere & intelligere omnes versatias
satanae, ne unquam præualendo de te, gaudeat inimicus:
sed in omni tentatione recedat superatus, & in prima cō-
gressione confusus.*

Oratio.

DOMINE Iesu Christe pontifex magne, qui in tua
preciosa morte uiuificasti me, ex uilla à me in vir-
tute spiritus tui, oinnes insidias inimici efficacia tuae pre-
sentiæ. Disrumpere in me omnes laqueos satanae. Et res-
pectu miserationis tuae omnem cœcitatem cordis longe
fac á me. Perfecta charitas tua Christe faciat me in om-
ni tentatione viriliter triumphare. Sæcta humilitas tua
doceat me omnes laqueos inimici prudenter deuittare.
Luminosa veritas tua deducat me, & faciat me corde
perfecto syngerè ambulare coram te. Et benedictio in-
dulgentissimæ misericordiae tuae preueniat, subsequatur,
& custodiat me usque in finem vitæ meæ, Amen.

*His verbis signabis te signo sanctæ crucis in fronte & in pe-
ctore.*

IN

IN nomine patris, & filij, & spiritus Sancti. A te ó cru-
cifixo amor meus Iesu dulcissime, accipiam signum
sanctæ crucis tæ, tæ in frôte, quâm in corde, vt in æter-
num uiuam sub tua protectione. Da mihi uiuam fidem
coelestium præceptorum, vt dilatato corde curram viâ
mandatorum tuorum. Per te talis sim in moribas, vt effi-
ci merear templum Dei, & habitaculum spiritus sancti,
Amen.

*Hic expostula, ut ipse summus sacerdos dominus Iesus impo-
nat tibi manum, ut in æternum habites in adiutorio alti-
ssimi, & in protectione Dei cœli commoreris.*

SVb umbra manus tuae amatiissime Iesu protege me,
dextera tua suscipiat me. Aperi mihi ianuam pietatis
tuæ, vt imbuta signo sapientiae, carea in veritate omni
terrena cupiditate, & ad suauem odorem præcepto-
rum tuorum læta tibi in ecclesia tua sancta deseruam,
& de die in diem, de virtute in virtuté proficiam, Amen.

Ut dominus det tibi Angelum ducem itineris tui.

Esia Iesu princeps pacis, magni cōsiliij Angele, tu ip-
se semper sis mihi à dextris dux & custos meæ pere-
grinationis, ne cōmouear, & errē abs te; & mittere dig-
nare Angelum tuū sanctū de cœlis, qui sub tua pia cura
solicitus sit de me, & in tuo beneplacito dirigat me, atq;
in via tua perfectam ad te ipsum reducat me, Amen.

Ad salutandum & suscipiendum Angelum.

Sicut Angele Dei sancte, custos animæ & corporis
mei, per dulcissimum cor Iesu Christi filij Dei, pro
amore eius quite creauit & me, pro amore eius qui
me tibi commendauit in baptisme, in curam tuæ

fidelissimæ paternitatis suscipe me: vt adiuta à te, immaculato calle transeam huius vitæ torrentem, quo usque tecum lœta perueniam ad videndam illam inellifluam (quam tu vides) faciem, & illam iucundissimam imperialis diuinitatis specie, quæ exuperat omnis suavitatis dulcedinem.

Hic orabis, vt ostuum repleatur sale sapientiae, vt possis gustum fidei in spiritu sancto sapere.

Accipiam à te Iesu dulcissime salem sapietiae & spiritum intelligentiae propiciatus in vitam æternam, Amen.

Oratio.
Fac me tui spiritus degustare suavitatem, fac me tuæ esurire voluntatem, fac me tuum scire beneplacitum, vt tibi meum semper sit acceptum seruitum, Amen.

Signans itaque aures tuas & nares signo sanctæ crucis orbis dominum, vt ipse adaperiat aures cordis tui in lege sua, & replete odore notitiae sue omnia tua interiori.

*E*ia Iesu pastor mi præcordialissime, fac me indignam oculum tuam dulcissimam vocem semper sequi & agnoscere, & in viue fidei suauissimo odore currere ad pascuam vitæ æternæ, quò possum in æternum vacare & videre, quoniam tu verè suavis es mi domine.

Accipiens in dexteram tuam vexillum crucis salutiferæ, vt hostem possis vincere, dicas:

*P*one Iesu amantissime signum sanctæ crucis tue in manum dexteram meam: vt hoc signo contra omnes insidias inimici armata manu semper incedam, tuo auxilio circumuallata, Amen.

Conclusio.

Conclusio.

Benedicat me Dei patris omnipotentia. Benedicat me filij sapientia. Benedicat me Spiritus sancti benignissima charitas, & custodiat me in vitam æternam, Amé.

Deinde orabis virgineam Matrem, vt ipsa tibi obtineat perfectam vitæ innouationem, & ipsa venerabilis rosa fiat sic in hac gratia mater & commater tua, vt tu sis ei in moribus vera filia, & ipsa gemma pudicitiae animam tuam inuolutam pallio suæ mudditiae intuitione sua dulcissima, filio suo regi domino seruet absque macula: & faciat nomen tuum anumerari in Israel forte electissima, vt pars tua sit cum ijs qui ambulant in cordis innocencia, prouidentes dominum semper in omni via sua.

*C*aluc Maria, Régina clementiae, oliua misericordiae, per quam nobis venit vitæ medicina, clementiae resina, virgo mater diuini germinis: per quam nobis venit genu superni luminis, germen odoris Israel. Eia sicut per filium tuum facta es omnium vera mater, quorum ipse unicus tuus non est de dignatus fieri frater: sic nuc pro eius amore me indignam in curam tuæ maternitatis suscipe, tu fidem meam adiuua, conserua & instrue, & sic nunc fias meæ innouationis & fidei cōmater, vt in æternum sis mea singularis & præcordialissima mater, piè semper pro me curando in hac vita, & in tuam plenam maternitatem suscipiendo id mortis hora, Amen.

Pro impositione nominis.
*N*omé meū Iesu dulcissime, mellifluo nomini tuo psal. 34. sub cribe in libro vitæ. Dic animæ meæ: Mea es tu, Esa. 62. ego

Psal. 141. ego salus tua recognoui te: iam non vocaberis vlt̄ā dē
relicta, sed vocaberis volūtas mea in ea, vt pōrtio mea
sit tecum in perpetuum in terra viuentium.

Pro immersione fontis: In nomine patris & filij & Spiritus sancti.

Eia Iesu fons vitæ, ex te ipso fac me bibere poculū
aque viuæ, vt gustato te, in æternū nihil sitiā p̄r
ter te. Immerge me totam in profundum tuę misericor
dię. Baptiza me in immaculatione pretiosæ mortis
tuę. Renoua me in sanguine tuo, quo redemiste me. In
aqua sanctissimi lateris tui ablue omnem maculam,
qua vñquam maculaui baptismalem innocentiam. Re
ple me spiritu tuo, & totam posside in puritate corpo
ris & animæ, Amen.

*Pro chrismate ora dominum, vt inctio sui spiritus doceat te
de omnibus.*

Pater sancte, qui per filium tuum dominū nostrum
Iesum Christum me regenerasti ex aqua & spiri
tu sancto: Da mihi hodie plenam omnium peccatorū
meorum remissionem, & dignare me linire chrisma
tē spiritus tui in vitam æternam, Amen. Pax tua meū
in æternum, Amen.

*Hic facias signum sanctæ crucis in pectore & in humeris,
dicens.*

FAc me amore amoris tui: præceptorum tuorum iu
gū suave & opus leue semp̄ in humeris meis por
tare, & sacramētum fidei sacræ tanquā fasciculū myr
rhæ in pectore meo in perpetuum gestare, vt tu pro me
crucifixus mænas, cordi nico semper infixus, Amen.

Pro

Pro candida vestie dicas.

Eia Iesu soliustitię, fac me te induere, vt secundum
te possum viuere; fac me te duce vestem baptismali
innocentię, candidā, sanctam & immaculatam serua
re! & illę sam ante tribunal tuum presentare, vt habeā
eam in vitam eternam, Amen.

*Ad accipiendum lumen orabis pro illuminatione inter
iori.*

Eia Iesu lumen inextinguibile, charitatis tuę lampa
deim ardenter in me inextinguibiliter accende,
& doce me baptismum meum irreprehensibiliter cus
todire: vt cum vocata ad tuas venero nuptias, parata in
gredi merear eternę vitę delicias, visura te verum lu
men, & tuę diuinitatis mellifluam faciem, Amen.

*Pro susceptione communionis viuifici corporis & sanguini
agni immaculati Iesu Christi.*

COrpus tuum venerabile, & sanguis tuus precio
sus, domine mi Iesu Christe, corpus & animam
meam custodiat in vitam eternam, Amen. Pax tua me
cuni. In te o Iesu pax vera in eternum habeam pacem
super pacem, vt per te ad illam perueniam pacem, quę
exuperat omnem sensum, vbitc in te lœta videam in
eternum, Amen.

*In illa communione desidera, vt tota vita tua abscondatur
cum Christo in Deo, & in mortis hora plene inueniaris
consummata.*

O Animæ meę hospes dulcissime, Iesu mi præcordia
lissime, tua suauis incorporatio sit mihi hodie om
nium peccatorum meorum remissio, & omnium ne
gligentiarum mearum suppletio, atque totius deper
ditę

ditæ vitæ meæ recuperatio. Sit mihi æterna saluatio, animæ & corporis reparatio, amoris inflammatiæ, virtutis & instauratio; & vitæ meæ in te sempiterna conclusio. Sit mihi spiritus libertas, vitæ sanitas, morum honestas. Sit mihi scutum patiæ, humilitatis insigne, baculus confidentiæ, solamen tristitiae, iuuamen perseuerantiae. Sit mihi armatura fidei, robur spei, charitatis perfectio, mædatorum tuorum adimplatio, spiritus innouatio, in veritate sanctificatio, & totius religionis consummatio. Sit mihi origo virtutum, finis vitorum, totius boni incrementum, & tui amoris perenne testamētum, vt in hac peregrinatione solo corpore constituta, cogitatione auida, ibi mea semper versetur. memoria, vbi tu es pars mea optima, vt in termino vite meæ, abiecto corporis huius amarissimo cortice, perueniam ad illam dulcissimam nucem, vbi in glorificatæ humanitatem tuæ nouo sydcre, videam tuæ præstantissimæ diuinitatis præclarissimam lucem, vbi tuæ mellifluæ faciei pulcherrima rosa me reficiat specie suâ imperiosa, vbi exulta huius xite molestijs, in æternū letabunda epuler, & exultem in tuæ charitatis diuinijs, sicut sponsa gaudet sui regis in delitijs, Amen.

Pro confirmatione:

Ephs. 6.

O Rex victoriosissime, Iesu sacerdos altissime, tu cōfirma me tua omnipotenti virtute, gladio spiritus accingens meotentissime, vt mille fraudes satanæ semper vincens vincam in te.

Psal. 50.

Dominus Deus, qui ita meus es conditor, vt etiam sis reformator: eia spiritu tuū sanctū innova hodie in visceribus meis, & adscribe me populo adoptionis,

tanquam

tanquam lobalem nouæ prolis, vt cum filijs promissio nis me gaudeam accepisse per gratiam, quod non habeo per naturam. Fac me fide grandein, sp̄e gaudentē, in tribulacione patientem, in tua laude delectantē, spiritu feruentem, tibi domino Deo vero regi meo fideliter seruientem, & usque in finem vitæ meæ tecum vigilanter perseuerantem: vt hoc quod nunc credo in spe, tunc oculis meis læta videam in re, videam te sicut es, videam te facie ad faciem. Ibi me Iesu chara de te ipso facies, ibi in fructuione tui melliflui vultus sit mihi perpetua requies. Amen, Amen, Amen.

1. Ion. 3.

1. Cor. 13.

DEVS fidelis, Amen verum, qui nō deficit, faciat me seruenter sitire Amen charum, quo ipse afficit, suauiter gustare Amen dulce, quo ipse reficit, feliciter consum mari illo. Amen salutari, quo ipse perficit, vt in perpetuum efficaciter merear experiri Amen æternum, & præsuave, quo me credo visuram per hoc exilium ipsum verum Amen Iesum Dei filium, qui solus amanti sufficit, & ynâ cum patre & sancto Spiritu omnia bona tribuit, nec despicit quod cōdidit. Amen, Amen, Amen.

Cum hac oratione committe Dominu fidem tuam & innocentiam baptismalem.

Iesu mi dulcissime, tu serua mihi in conclave benignissimi cordis tui immaculationem baptismalis innocentiae, & thirographum fidei meæ, vt sub tua fidelis custodia, ea tibi illæssa representem in mortis hora. Eia & sigillam cordis tui cordi meo imprime, vt secundum te possim viuere & post hoc exilium læta sine impedimento ad te peruenire, Amen.

INSINVAT. DIVINÆ
EXERCITIUM CONVERSIO-

Quoties renonciato bono proposito memoriam primæ conuer-
sionis tue, qua mundo abrenunciasti, celebrare. Et cor-
tum cum omnibus viribus suis ad Deum convertere. No-
lueris utere hoc exercitio, orans Deum, ut te sibi in amoris
omniumq; virtutum adficiat mysterium.

Ela Iesu cordis mei dilectissime, cùm constet nullum spirituale in fructum posse coalescere, nisi tui spiritus perfundatur rore, nisi tui amoris fonsatur vigore: vtinā igitur ita misericordia mei, vt inter amoris tui brachia me recipias, mē que totam tuo spiritu calcasias. En corpus & animam meam: hæc tibi trado, vt possideas. Dilece mi, dilece mi, infunde mihi tuam benedictionem. Aperi mihi & introduc me in suavitatis tue plenitudinem. Ex corde enim & ex animo desidero te. Oro quæ te, vt tu solus possideas me. Ela, ego tua & tu meus, fac vt nouo semper fero spiritus in amore tuo viuido crescam, tuaque gratia, quomodo lilia convallium iuxta fluenta aquarum, effloream.

Hic ora virginem, Matrem, vt ipsa roget pro te.

Ela candidum liliuin, post Deum spes mea maxima, o Maria dulcissima? loquere pro me bona coram tuo dilecto filio, fac verbū pro me efficaciter. Age causam meā fideliter. Vota mea impetra misericorditer, quoniam tibi confido post Christum spes vñica. Te benignam mihi matrem communistra. Fac vt in claustrū amoris, vt in scholam spiritus sancti suscipiar à domino, quia tu præ omnibus præuales id obtinere à tuo dilecto

dilecto filio. Fidelis mater, prouide tuæ filiæ, vt à moris semper viuentis efficiar fructus, & in omni sanctitate crescam, perseveremque rigata cœlitus.

Hic inuocatio gratiam spiritus sancti, vt faciat te proficere in religione.

Veni Sancte spiritus, veni o amor Deus & reple cor meum hcu omni bono vacuum. Accende me ad amandum te. Illumina me ad cognoscendum te. Attrahe me ad delectandum in te. Affice me ad perfruendum te.

Hic exi de mundo, & de omni quod non est dulcis Iesus à mor tuus.

Quis dabit mihi amantissime Iesu pennas sicut colubræ, & volabo in desiderio, cupiens requiscere in te?

Hic al se condere in Christo Iesu.

Ela, esa Iesu clare, per amorem, in quo Deus homo factus, venisti quod perierat querere & saluum facere, in me nunc o mi dilecte ingredere, & introduc me vivissim in te. In petra firmissima paternæ defensionis tuæ absconde me. In cauerna benignissimi cordis tui reconde me ab omni quod tu non es, o omnium charorum charissime: & da mihi fortē in populo Israel, vt pars mea tecum sit inter filias Ierusalem, Amen.

Hic prosternere ad pedes Iesu.

Benedic mihi Iesu amantissime, benedic mihi, & miserere mei secundum pietatem benignissimi coris tui. Esa vt anima mea nihil scire eligat præter te, & sub disciplina gratiæ tuæ, vñctione magistra in schola & auctoritati proficiam bene, vehementer valde.

Ad

Ad induendum habitum spiritualem.

Frá patér sancte, in amore quo lumine vultus tui significere in te. Christe Iesu, in amore quo sanguine proprio redemisti me, innocentissimæ vitæ puritate in due me. Quidam potens sancte Paraclete, in amore, quo nomine spirituali tibi assignasti, da mihi toto corde amare te, tota anima tibi adhærere, omnes vires meas in tuo amore & seruitio expendere, secundū cor tuum viuere, & in mortis hora te præparaute sine macula tuas nuptias introire.

*Ora virginem Matrem, ut ipsa sit ductrix tua in religione
aut alio statu tuo.*

Quia Maria mater dei & nostra p̄cordialis, tu induē me vellere agni Iesu substantialis, ut per te me suscipiat, nutriat, posideat, regat & perficiat amor principalis, Amen.

Hic offer votum castitatis sponso tuo cœlesti.

Eia Iesu dulcissime, te solum præelegi animæ meæ fidū amatorem, vitæ meæ comitem meliorē. Propter te animi patior languorē. Tibi cordis mei offero amorem, te eligens in socium & ductorem. Corpus meū & animam tibe offero ad seruēdum, quia ego, ego tua propria sum, & tu propriè meus. Eia me tibi conglutina ò amor verus: Tibi castitatem meam offero, quia tu es totus dulcis & amoenus, sponsus delitijs plenus: Tibi voueo obedientiam, quia tua paterna charitas me allicit, tua pietas y dulcedo me attrahit. Tibi me obligo ad obseruandum tuam voluntatem, quia tibi adhærere super omnia amabile, te diligere dulce nimis & optabile. Ego tibi me offero ò cordis mei

vñice

vñice, vt posthac tibi soli viuam, quia nihil inueni dulcius, nil iudicauit utilius, quam tibi dilecte mi vnire intimus. Eia forma cor meum secundum cor tuum, vt totus conuersari merear iuxta tuum beneplacitum. *Reff.* Regnum mundi & omnem ornatum sculi cōtempsi, propter amorem domini mei Iesu Christi. *Quem vidi,* quem amavi, in quem credidi, quem dilexi: *Versus.* Eruēt autem cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. *Quem vi.* *Reffon.* Verus pudicitiae author & custos, qui ex virgine natus cūctos excitasti ad sanctū amorem castitatis, Christe forma, spes & corona virginum, beatissime virginis matris Mariæ me intercessione mente & corpore castam conserua. *Versus.* Fons vitae, & origo lucis perpetuae, atque omnis bonitatis author beatissime.

Oratio.

Quidam potens sempiterne Deus: respic propitius ad preces nostras, & da nobis famulis tuis, qui in tui nominis honore in vnius charitatis singularitatē conuenimus, fidem rectam, spem inconcupiscentiam, humilitatē veram, deuotionem sanctam, charitatem perfectam, boni operis sedulitatem & constantiam, atque persecrantiam. Et per merita & intercessiones omnium sanctorum cōcede nobis, vt sit in cordibus nostris simplex affectus, patientia fortis, religio munda & immaculata, obedientia placita, pax perpetua, mens pura, conscientia sancta, compunctione spiritualis, virtus animæ, vita immaculata, consumatio irreprehensibilis, vt viriliter eurrentes, tuum mereamur regnum fœliciter introire, Amen.

EXERCITIUM SPIRITUALIS
desponsationis & consecrationis.

Hoc modo celebrabis spirituale matrimonium, connubium amoris, desponsationem & copulationē animæ tuæ casæ, cum Iesu sposo cœlesti, inseparabili dilectionis vinculo.

Vox Christi ad animam.

RESPICE in me quis sim colubâ mea, Ego sum Iesus amicus tuus dulcis. Aperi mihi penetralia tui cordis. Ego quippe sum de terra angelorum, forma speciosus. Ego ipse sum splendor diuini solis. Ego fulgidissima dies vernalis, quæ sola semper clarescit, & occum bere nescit. Superessentialis gloriae meæ maiestas cœlum implet & terram, cuius latitudinem sola metitur æternitas. Ego solus in capite meo gloriosæ deitatis meæ imperiale diadema porto. Ego sertum de sanguine meo, quem pro te fudi roseum circumfero. Non alius est sole neque inferior, qui mihi sit similis. Ad matnum meam liliosi egrediuntur virginum chori. Et ego eas præcedo in choro yitæ æternæ, in delitijs meæ diuinitatis. Ego reficio eas amoena frumentatione vernantis iucunditatis. Nihilominus oculos meos ad vallem non de dignor inclinare, ex qua violas queam sine macula cōgregare. Quæcunque igitur voluerit me diligere, hanc volo mihi desponsare, ipsamque diligere, & vehementer amare. Ego virginum canticum eam docebo, quod canat tâ dulciter è gutture meo, quo mihi cogatur uniri suauissimo amoris vinculo. Quod ego sum ex natura, hoc ipsa fiet ex gratia. Ampleret eam amoris brachijs, astringens deitatis meæ precordijs, vt ex virtute

mei

mei ardëtis amoris, liquefiat, velut cera a facie ignis. Di lecta columba mea, si mea esse velis: necesse est vt me dulciter, sapienter & fortiter diligas, vt hæc in te suauiter experiri valeas.

Amor excitat animam.

Esā expurgiscere o anima, quandiu dormitabis? Audi verbū quod tibi nuntio. Supra cœlū est rex qui tui tenetur desiderio. Ex corde integro amat te, & supra modū amat. Ipse te tâ amat dulciter, ipse tâ diligit fideliter, vt propter te dimiserit regnū suum humiliter. Quærēdo te, patiebatur, vt furē apprehēdi se. Ipse te tâ amat cordialiter, tam diligit vehementer, tam emulatur dulciter, tam zelatur efficaciter: vt floridū corpus suū pro te in mortem traderet hilariter. Hic est qui suo te *Apoc. 14* sanguine lauit, qui sua te morte liberauit. Quādū te expectabit vt redames eum? Ipse nimis preciosē emitte tuum que amorem. Ipse dilexit te supra suū honorē. Ipse amavit te plusquam suum corpus nobile, cui nunquā pepercit pro te. Ille itaque dulcis amor, suavis charitas, fidelis amator, mutuum amorem exigit à te. Hoc si velocius velis acceptare, paratus est se tibi despōfare. Et ideo festina, quid eligas, illi renunciare,

Vox animæ se Deo offerentis.

EGO sum orphana absq; matre, inops & pauper *Psal. 85*: sum ego. Præ Iesu consolationem nullam habeo. Ipse solus sitim animæ meæ potest satiare. Ipse est præelectus amicus cordis mei & unicus. Ipse est rex regum & dominus dominatiū. Si ipse sumimus Imperator mihi miserae, mihi vilissimæ, ostendere voluerit suam clementiam: si ipse se mecum facere vult secundum suā misericordiam, secundū suam insipitā pietatem,

tem, hoc sola bonitas sua præualet, & hoc ex bona voluntate sua pender. Ego sum eius propria. Corpus & animam meā habet in manu sua. Ipse de me faciat quicquid suę pietati placuerit. O quis mihi tribuat, vt efficiat homo secundum cor eius, vt in me habeat desiderium suum iuxta optimum suum beneplacitum! hoc solum me lētificare posset & consolari. Eia Iesu vñice dilecte cordis mei, dulcis amator, dilecte, dilecte, supra omne quod vñquam dilectū est, post te o viuens florida dies vernalis, suspirat & laguet amorosum desiderium mei cordis. O vñnā mihi cōtingat, vt tibi efficiat vñita viciniū, quò tūc ā te vero sole germinarēt spiritualis profectus mei flores & fructus. Expectas expectavi te. Veni igitur ad me sicut turtur ad suā cōsortē. Vulnerasti penetralia cordis mei specie tua, & pulchritudine tua. Dilecte mi, dilecte mi, si tibivnita nō fuero, in æternū lēta esse non potero. Eia tuum & meū desiderium amice amice, adimple per effectum.

Vox Christi.

N In spiritu sancto meo despōsabo te, inseparabili vnio mea astringam te. Tu eris hospes mea, & ego terecludam in mea viuida dilectione. Vestiā te nobili purpura mei preciosi sanguinis. Coronabo te auro electo in æ amaræ mortis. Per me ipsum implebo tuum desiderium. Sicque te lētificabo in perpetuum.

Sequitur consecratio, qua anima Christi fidelis se totam cōsecrat, offert, despondet que vni viro, virginem castam exhibere Christo, sub virginitatis aut castitatis obseruantia fideliter adhæsura eidem sponso suo cœlesti, puro corde, casto corpore, & amore vnituo, qui nullius creatæ rei inquietetur

tur dilectione. Et primō ad cōmendationem spōsi dēcanta.

Q Vis sicut tu domine mi Iesu Christe, dulcis amor meus, excelsus & immensus, & humilia respicis? Quis similis tui in fortibus domine, qui infirma mudi eligis? Quis talis qualis tu, qui fundasti cœlum & terram, cui throni & dominationes seruiunt, & delicias tuas vis esse cum filijs hominum? Quantus est tu rex regum & dominus dominantiū, qui imperas astris, & apōponis erga hominem cor tuū? Qualis es tu, in cuius dextera diuitiae & gloria? tu delitijs plenus, & habes spōsam de terra? O amor quo inclinas inaestatē? Eia o amor, quò ducis fontem sapientiæ? Certè usque ad abyssum misericordiæ. O amor, tibi soli tibi soli, est hoc præcipuum abundans vinum, quo vincitur & ebriatur cor diuinū.

Probatio amoris.

H Il est Deus noster, qui dilexit nos amore inuincibili, charitate inestimabili, dilectione inseparabili, qui ad hoc assumpsit sibi substantiam corporis deterra nostra, vnde fieret ipse spōsus, & vnde esset illi spōsa, qui dilexit nos ex se toto, quē amare, est illi nupsisse.

Venite, venite, venite.

V Enio, venio, ad te Iesu amantissime, quem amavi, quem quæsiui, quem optauī: proptertuam dulcedinem, pietatē & charitatem, toto corde, tota anima, tota virtute amando, sequor te vocantem me: ne cōfundas me, sed fac mecum iuxta mansuetudinem tuam; & secundum multitudinem misericordiæ tuæ.

Per istam lētaniam inuoca omnium sanctorum auxilium.

O Fons sempiternorum luminum sancta trinitas Deus, tua diuina omnipotentia confirma me, tua

diuina sapientia rege me, tua diuina bonitate secundū
cor tuum effice me. Pater de cœlis rex regum, eia filio
tuo regi nuptias facere digneris in me. Iesu Christe fili
Dei viui, eia tibi nubat amor meus, quia tu es ipse rex
meus & Deus meus. Spiritus sancte paraclete, eia illo
amoris glutino quo vnis patrem & filium, cor meum
cum Iesu conui in perpetuum. Sancta Maria mater re-
gis, agni, sponsi virginum, eia introduc me in mundo cor-
de & corpore ad filij tui I E S V cōtubernium. Omnes
sancti angeli & archangeli, eia obtinet mihi puritate
angelica introire thalamum I E S V sponsi mei. Om-
nes sancti patriarche & prophetæ, eia obtinet mihi
charitatem tantam ac tales, sponsus meus. Iesus à me
exigit qualē, Omnes sancti apostoli, eia orate me ex-
periri osculū oris melliflui illius, quod vos attrectastis
vivi verbi Dei, Omnes sancti martyres, eia obtinet mi-
hi tantam vim desiderij, vt cū palina martyrij merear
exire obuiam ei, qui fert sertum roseæ & lilij. Omnes
sancti confessores, eia obtinet mihi in omni perfe-
ctione & sanctitate imitari sponsi mei Iesu mores. Om-
nes sanctæ virgines, orate pro me, eia vt casto amore
merear vt turtur nidificare in Iesu sponsi mei amoris
vulnere. Omnes sancti, eia obtinet mihi tam dignè
præparatam introire nuptias agni, sicut unusquisque
vestrum introiuit ad videndum faciem Dei.
Propitius esto, & secundum cor tuum effice me
dominē. Propitius esto, & ab omnib[us] quod me a te
impedit, libera me domine. Per incarnationem tuam,
fac me toro corde dulciter, sapienter, & fortiter te
diligere. Per passionem & mortem tuam, fac me mo-
ri mihi, & tibi soli vivere. Per gloriosam resurre-
ctionem

etionem & admirabilem ascensionem tuam, fac me
de die in diem, de virtute in virtutem proficere. In hora
mortis per omnia viscera misericordiae tuae succurre
mihi, & letifica me in gaudio cum vultu tuo dominice.
In die iudicij ab auditione mali non timeat anima mea,
sed fac me audire gloriam tuæ vocis: Venite benedicti
patris mei. Per genitricem tuam, fac me ut veram spō-
sam experiri tui casti amoris connubium. Peccatores,
te rogamus audinos. Ut propositum castitatis quod ti-
bi offero, integrum & illibatum ut pupillā oculi in me
me tibimet ipsi conservare digneris, te ro. Ut facias me
experiri in amore spōsali & amplexu nuptiali, quan-
tus sis & qualis. Te ro. Ut arram tui spiritus cum dotali-
tio integerimi amoris mihi concedas Te ro. Ut cū veste
nuptiali, accensa lampade, inter prudentes virgines in Ibidem.
mortis hora, ut sponsa sponso me tibi facias obuiare,
Te ro. Ut in osculo tui melliflui oris ut tuam propriā
me introducas in thalamum tui festivū amoris. Te ro.
Ut omnes nos in loco isto tibi seruientes, facias te toto
corde diligere, tibi inseparabiliter adhærere, & in per-
petua synceritate mētis & corporis tibi placere. Te ro.
Ut facias nos illud petere, quod te delectat exaudi-
re, Te rogamus. Iesu fili Dei viui, exaudi nos in effica-
cia amoris tui diuinæ. Agne Dei qui tollis peccata mun-
di, dele omnia peccata mea secundum multitudinem
misericordie tuae. Agne Dei qui tollis peccata mun-
di, omnia neglecta mea supple tua inextinguibili cha-
ritate. Agne Dei qui tollis peccata mundi, in mortis ho-
ra sic in pace dimitte me, ut facie ad faciem videam te
Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Oratio:
Math. 25.
Latania.

Esa Iesu spōsē floride, sicut mors transponit animam à corpore, sic amor tuus cor meum trāspōnat in te, vt glutino inseparabili adhæream in te. *Vers.* Suscipe me Iesu mihi in abyssum misericordiæ tuæ & ab omni macula laua me in profundo tuæ clementiæ, Suscipe me Iesu mihi in amplexum tuæ cooperationis, vt tibi copulari merear fodere perfectę vñionis. Suscipe me Iesu mihi in præsuauē connubium tui amoris, ibi fac me experiri osculum tui mellifluoris.

Oratio pro perfecta castitate animæ & corporis.

Deus castorum corporum & incorruptarum animarum benignus inhabitator, Deus qui humanā substantiam in primis hominibus diabolica fraude vi-tiātam ita in verbo tuo (per quod omnia facta sunt) reparas, vt eam non solum ad primę originis innocentia reuoces, sed etiam ad experientiam quorundam bonorum quae in nouo sēculo sunt habenda perducas, & obstrictos adhuc conditione mortalium, tam ad similitudinem prouehas angelorum: respice super me indignā famulam tuam, quae in manu tua continentię mēa propositum collocti bideuotionem meam offero, á quo & idem votum sumpsi quod offero. Quando enim animus mortali carne circundatus, legem naturae, libertatem licetiarū, vim consuetudinis, & stimulos ætatis vinceret; nisi tu per liberum arbitrium hunc amorem castitatis accenderes, tu hanc cupiditatem in nostris cordibus aleres, fortitudinemque ministrares? Effusa namque in omnes gentes gratia tua, ex omni natione que est sub cœlo, in stellarum innumerabilem numerū, noui testamenti hæredibus adoptatis: inter cæteras virtutes,

tes, quas filijs tuis (nō ex sanguinib⁹, nēque ex voluntate carnis, sed de spiritu tuo genitis) indidisti: etiam hoc donum in quasdam mentes de largitat⁹ tuæ fonte defluxit, vt cum honorem nuptiarum nulla interdicta minuissent, ac super sanctum coniugium initialis beatitudinē permaneret: existerent tamen sublimiores animæ, quae in viri ac mulieris copula fastidirent coniugium, concupiscerent sacramentum, nec imitarentur quod nuptijs agitur, sed diligerent quod prænotatur. Agnouit authorem suum beata virginitas, & emula integritatis Angelicę, illius thalamo, illius cubiculo se deuouit: qui sic perpetuæ virginitatis est filius, quemadmodum perpetuæ virginitatis est sponsos. Imploranti ergo mihi auxilium tuum donine, & confirmari beneficiorum tuæ sacramento cupienti, da protectionis munimen & regimen, ne hostis antiquus (qui excellentiora studia subtilioribus infestat insidijs) ad obscurandā perfectæ continentię palmarum, per aliquam mentis serpat incuriam, & rapiat de proposito castitatis, quod etiam decet moribus viduarum inesse. Sit in me Dominus per donum spiritus tui prudens modestia, sapientia, benignitas, grauis lenitas, casta libertas. In charitate serueam, nihil extra te diligā, laudabiliter viuā, laudari nō appetā. Te in sanctitate corporis, te in anima puritate glorificē, amore te diligam, amore tibi seruiam. Tu sis mihi honor, tu gaudium, tu voluptas, tu in mœrore solatium, tu in ambiguitate consilium. Tu in iniuria defensio, in tribulatione patientia, in paupertate abundantia, in ieiunio cibus, in vigilantia somnus, in infirmitate medicina. In te habeam omnia, quae amare appeto: super omnia, & quod professam custodiam. Tibe

Math. 25

scrutatori pectorum non corpore placitura, sed mente, transeam in numerum sapientium puellarum, ut coelestem sponsum accensa lampade, cum oleo præparationis expectem, nec turbata improposito regis aduentu, sed secura cum lumine, præcedentium virginū choro lætanter occurram, & non excludar eam stultis, sed regalem aulam cuin sapientibus virginibus licenter in trocam, & in agni tui comitatu perpetuò probabilis mansura in castitate permaneiam. Per eundem bona.

Ad accipendum spiritualiter velum dicas.

Ezai. 61.

Respon. Induit me dominus vestimento salutis, & induimento lætitiae circundedit me. Et tamquam sponsam decorauit me corona. *Versus.* Induit me dominus cyclade auro texta, & immensis monilibus ornauit me. Ettanquam sponsam.

Oratio.

Cant. 1.

E ìa ô mi dilecte, ex milibus electe, fac me subvmbra charitatis tuæ quiescere, circuntegens me tuæ immaculationis vellere: ibi accipiam de manu tua velum munditiæ, quod te rectore, te duce, illibatum perferam ante tribunal tuæ gloriæ cum centuplicato fructu castitatis innocentissimæ.

Ad impositionem corona. *Artiph.* Posuit signum in facie mea, vt nullum præter ipsum amatorem admittam. *Respon.* Amo Christum, in cuius thalamun introiui, cuius mater virgo est, & cuius pater fœminam nescit, cuius mihi organum modulatis vocibus cantat, quæ cùm amauero, casta sum, cù tetigero munda sum, cùm accepte virgo sum. *Versus.* Mel & lac eius ex ore suscepisti, & sanguis eius ornauit gennas meas. *Quem cum amauero, &c.*

*Ore:io.**Efa*

E ìa ô mi frater & spouse Iesu, rex magne Deus & agne, pone, pone signum tale in faciem animæ meæ, quod sub sole nihil eligam, nihil cupiam, nihil diligam præter te: & tu ipse ô omnium charorum charissime, sacramentalis matrimonij fœdere sic mihi copulari dignare, vt efficiar tibi vera sponsa & vxor per amorem inseparabilem qui est morte fortior.

Ad anulum. Ant. Anulo suo subarrauit me omnibus hominibus longè nobilior & genere & dignitate. *Rsp.* Iam corpus eius corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit gennas meas, cuius mater virgo est, cuius pater fœminam nescit. *Versus.* Ipsi sum despensata, cui angelis seruiunt, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur.

Oratio.

E ìa I E S V mi virginalis pudicitię fructus & flos, psal. 15. optima pars hæreditatis meę & regalis dos, qui me subarrasti anulo fidei, signaculo spiritus tui, fac me aptam tibi meo viuo lilio, amoenissimo flori: fac me tā indissolubiliter coniungi tuo recētissimo amori, vt prævidelicetionis tecum essendi, sitiam mori: & foedus quod tu iniisti mecum, à me transferat cor meum, vt iā non ultra sit mecum, sed amore indiuiduo cohabitet tecum, *Rsp.* Regnum mundi. *vt supr.*

Oratio.

D A quæsumus omnipotens Deus, vt ego indigna famula tua, quæ pro spe retributionis ceterne tibi domino desidero consecrari, plena fide, animoque constanti in sancto proposito permaneam. Tu me omnipotens pater sanctificare & benedicere, & in perpetuum consecrare digneris. Tribue mihi humilitatem, castitatem, obedienciam, charitatem, & omniū bonorum,

*operum**B 4*

operem quātitatē. Da mihi Domine pro operibus gloriam, pro pudore reuerentiam, pro pudicitia sanctitatem, vt cū sanctis angelis tuis in ēternum laudare valeam tuam glorioſiſſimam dignitatem, Amen.

Pro benedictione episcopali postula te benedici à toti Trinitate imperiali.

Benedicat & cooperetur mihi Dei patris dulcis pater nitas, maiestatisque diuinitas. Benedicat & copulet me Dei Iesu Christi dulcis affinitas, & humanæ propinquitatis consanguinitas. Benedicat & fœcundet me Spiritus sancti dulcis benignitas, & eius ignita charitas. Benedicat, confirmet, & corroboret me tota imperialis trinitas. Benedicat & conuiat me Dei Iesu Christi gloria humanitas, qui me sibi de mundo dignatus est eligere, morte sua demonstrans se multum me diligere, mequē fecit suō amori nubere, vt per cius salutare, viuani, & dulcissimam benedictionem, apprehendam omnium virtutum perfectionem, integrum & immaculatum castitatem (quam professa sum) custodiam, propositum teneam, humilitatem exhibeam, castitatem diligam, patientiam conferuem, & in omni sanctitate vīque in finem perseverem, & post hanc vitam mercar accipere castitatis coronam in stola candida inter lilioſa agmina sequens te agnum sine macula, filium Mariæ virginis quounque tu virginum filios ieris, Amen.

Hic ora ut pius dominus loco abbatis & reconsignet te lilioſam triſti sue Virginis Mariæ custodiendum, & de manu eius recipiendum.
O Dilekte votorum meorum, o I E S V charissime omnium

Apoc. 14.

Prov. 31.

omnium charissimorum, r. configna & recomenda me nunc matrituæ, virginea & imperiali roſa, quæ pro tuo amore sit in perpetuum dux, & custos virginitatis meæ. Consigna me illis manib⁹ delicatis, quæ nutrunt & educauerunt te filium Dei patris, vt ipsæ defendant, & adiuuent propositum meæ castitatis, ducentes me sine macula per viam virginalis munditiae feu castiſſionalis continentia. Eſa, eſia, dieito de me illi roſa virginea: Suscipe hanq; in curam tuæ maternitatis, ego eam tibi commendo in tota virtute meæ diuinæ charitatis. Vide mater quomodo mihi eam immaculatam re præſentes, & secundum cor meum educatam reconſignes, Amen.

Per hymnum. Te Deū laudamus, dic laudes ſemper venerande Trinitati, cum oratione.

Tibi trinitas sancta (de qua splendet Deitas viua, amor & sophia, emanat virtus nativa, sapientia coextentiua, suavitas effluxiuia, charitas ignitiua, sanctitas extentiua, bonitas omnium impletuia) tibi laus, honor & gloria, tibi gratiarum actio, potestas & claritas votiuia, pro eo quod tu cedrus alta Libani, extenta super Cherubim diuinitatis maiestate regali, in hac miseriæ valle abyſſali telestaris coniungi calamo hyſlopi, amplexu nuptiali, amore sponsali. Et tu o amor Deus, sanctæ trinitatis nexus & amicitia, recubas paſaris & delitiariſ inter filios hominum, in sancta pudicitia, quæ in virtute tua amorosa in sanctis delitijs tuis flagrat, vt collecta inter spinas roſa. O amor, amor, quo itur in hęc amœna? quo peruenirur ad hęc spīritus pinguia? Vbi vbi vitæ via, ducis ad prata Deū roſa

tia, sitibūda corda reficiētia? O amor, tu solus noscis ea vita & veritatis itinera. In te peragūtur sanctæ trinitatis chara foedera. Per te administrātur spiritus charismata meliora. De te redūdat fructuū vitæ semina vberiora. Ex te emanat deliciarū Dei mella dulciora. A te effluunt benedictionū domini sabaoth stillicidia pinguiora, spiritus pignora chara, in finibus nostris heu heu nimis rara. O amor, amor, in pulchra dilectione mihi ad te viam para in casta charitate: in perpetuum se quarte quoquaque ieris, amore nuptialis foederis, ubi tu regnans & imperans diuinitatis maiestate plenissima, in viui amoris tui copulatione dulcissima, & igneū diuinitatis tuæ viua amicitia, ducis tecum in cœlesti chorea beatissima, virginum milena millia præclarissima, quas tecum vna ornat vestis niuea, iubilantes perennis connubij dulcia cantica. Eia ò amor, in hac miseria sic custodi me tuæ charitatis sub umbra, vt post hoc exilium, sanctuarium tuum te duce intras sine macula: inter illa virginea agmina, vna me reficiat diuinæ amicitie venula, vna que satiet fruitio melliflua. Amen amen dicant omnia,

EXERCITIUM PROFESSIONIS animæ erga Deum.

Professionem seu votum noui feruoris innovatione spiritu liter celebrabis, his ignitisimis desiderijs & oratiōnibus, te totum offerens holocaustum & hostiam Deo in odorem suavitatis.

PET O misericordiam tuam multam nimis, pater omnipotēs, misericors, clemens, pius, benignus, &

præ-

præstabilis super malitia, vt me aridum ramuscum) quæ tempus putationis meæ, quo complantasti me huic religioni sanctissimæ, heu heu non obseruavi, sed totū tempus vitæ meæ in sterilitate multa transegi) per tuū ipsius ingenitam bonitatem, per amorem prædilectæ matris tæ gloriissimæ patronæ nostræ, virginis Mariæ, & per intercessionem beatissimi Benedicti, venerabilis legislatoris nostri, visu tuæ misericordiæ & charitatis hodie digneris respicere: vt in te tota conuale scens reuiream, & in veritate sanctificata refloream: vera sanctæ religionis cultrix, vera spiritualis vitæ obseruatrix siam, tibique amatori meo totius virtutis & sanctitatis fructus feram, vt in tempore vindemiæ, hoc est, in obitus mei die, in omni religionis perfectione, plenè matura & consummata inueniar coram te, Amen.

Pro benedictione.

T Va diuina omnipotentiæ, sapientia, & bonitas Deus meus, dulcis amor mens, benedicat mihi, & faciat me voluntate promptissima venire post te, veraciter abnegare memetipsum, & corde intentissimo, spiritu & anima, modo perfectissimo sequi te, Amen.

Hic inuoca gratiam Spiritus sancti.

O Dulcedo & dilectio mea Deus meus: misericordia psal. 58: mea. Eia spiritum tuum sanctum iam de excelsis emitte, & cor nouum & spiritum nouum crea in me. Vnctio tua doceat me de omnibus, quia te elegi præ milibus, & te super amorem omnem & super amorem animæ meæ diligō chariū. Pinguecat virtus animæ meæ illo quam tu concupiscis charitatis decore & pulchri-

pulehritudine, quia te desidero vehemēter. Eia fac me coram te apparere decenter, Amen.

Venite. Et ecce venio ad te quem amavi, in quem credidi, quem duxi. *Oratio.*

Apoc. 14. **T** V exhalatio spiritus mei, tu laus cordis & oris mei Iesu mi: sequarete quocumque ieris. Cum cor meum tibi vēdicaueris, & proprium possederis, in eternum mihi auferri non poteris. *Antiph.* Venite. Et ecce venio, &c. *Oratio.*

Dilecte mi: charitatis amplexu inseparabili ad cor meum stringo te Iesu mi. Ecce iam apprehensum toto cordis mei amore tenco te: etiam si milles benixeris mihi, nunquam vtrā dimittam te. *Venite filiae.* Et ecce venio ad te, *vñ supra.* *Oratio.*

Psal. 33. **T**ota efficacia & virtus diuinitatis tuæ laudet te pro me, tota amicitia & affectus humanitatis tuę satis faciat tibi pro me, tota magnificentia & maiestas imperialis trinitatis glorificet, magnificet, & honorificet te ipsum, in te ipso pro me, illa laude altissima qua tu ipse solus tibi sufficis, & omnium creaturarum defectum tibi meti ipsi supplens in te perficis, Amen.

Ant. Audite me, timorem dominini docebo vos. *Oratio.*

Eia Iesu pastor bone, fac me audire & agnoscere vocem tuam ab omni quod me impedit à te, In brachia tuo leua me. Fac me ouem tuam spiritu tuo fētam in sinu tuo quiescere. Ibi doce me quomodo timeam te. Ibi ostende mihi qualiter diligam te. Ibi instrue me quemadmodum sequarte, Amen. *Antiph.* Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. *Oratio.*

Ecce

Ecce accedo ad te ô ignis cōsumens Deus meus. Eia in ignea vi amoris tui me puluisculum vorans, penitus consume & absorbe in te. Ecce accedo ad te ô dulce lumen meum. Eia illumina faciem tuam super me ut fiant tenebræ meæ sicut meridies coram te. Ecce accedo ad te ô beatissima vnio. Eia in tecum vnum effice in viuī amoris glutino. *Psal.* Domini est terra. *Anti.* Hæc est generatio quærentium dominum, quærentium faciem Dei Iacob. *Oratio.*

Fac me dulcis Iesu adscribi & annumerari in generatione scientiū te Deus Israel, in generatione quærentium faciem tuam Deus Iacob, in generatione diligentium te Deus sabaoth. Eia ut innocens manibus & mundo corde accipiam benedictionem, & misericordiam à te Deo salutari meo. *Psal.* Miserere mei Deus. *Anti.* Cor mundum crea ī me Deus, spiritum rectum innoua in visceribus meis. *Oratio.*

In abyssum charitatis me immisſā merge satis. Eia ô amor da gratis, lauacro gratiæ ab omni macula mundans me, in te ô vita mea vera innoua me. *Psal.* lm. Qui habitat in ad. *Anti.* Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. *Orat.* *Psal.* gos.

Susciper animę meæ & refugium meum in die malorum, scapulis tuæ defensionis in omni tentatione obumbra me, scuto veritatis tuæ circunda me. Tu ipse sis mecum in omni tribulatione mea: spes mea, ab omnini periculo corporis & animæ semper defende. & protege me. Eia & post hoc exilium ostende mihi te ipsius dulce salvare meum, Amen. *Letania.*

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Sancta trinitas vñus Deus, dā ut cor meum te timeat, te diligat,

ligat, te sequatur, quia tu es verus amor meus. Sancta Maria paradisus sanctitatis, lilyum puritatis, tu sis dux & custos meæ castitatis, quia in te est omnis gratia vite & veritatis. Omnes sancti angeli & archangeli, obtine te mihi corpore & anima gratum seruitiū impēdere illi regi, cui seruire est regnare, cui vos ministrādo assistitis sine omni tēdio, cū inffebili iubilo. Sancte Ioannes Baptista, obtine mihi illo vero illustrari lumine: cui tu venisti testimonium perhibere. O mi pater Abrahā, illam mihi obtine fidem & obedientiam: quæ te perduxit ad Dei viuentis amicitiam. O Dei chare Moses, obtine mihi illum spiritum mansuetudinis, pacis, & charitatis: quæ te dignum fecit facie ad faciem colloqui cum domino maiestatis. O David rex & propheta venerabilis, obtine mihi integritatē fidelitatis, prōptitudinis, & humilitatis, quæ te fecit hominem secundum cor Dei, vt verè placitus & charus esses Deo regi. Omnes sancti Patriarchæ & prophetæ, obtinet mihi spiritū capacitatis & intelligētię. S. Petre princeps apostolorū, authoritate tua me solue à vinculis omnium meorum peccatorum. Sancte Paule vas electionis, obtine mihi donū verę dilectionis. O mi chare Ioannes discipule, quem diligebat Iesus, obtine mihi illam pietatem, immaculationem, & sanctitatem spiritus: quam in me concupiscit flos & filius lily illius, cuius tu eras custos delicatus. Omnes sancti apostoli, Iesu Christi sponsi mei fratres & amici, obtinet mihi, vt ipsi vniat charitate inseparabili. Sancte Stephane protomartyr electe; obtine mihi pro amore Cbristi sitire martyrium, vt & ipse fiat mihi in auxilium, qui tibi suum impendit in morte solatium, Sancte Laurenti miles inuidet,

inuidet, obtine mihi amorem morte fortiorem, quo superasti incendium & tortorem. Sancte Georgi f̄s martyrum, obtine mihi in Dei seruitio inuidum spiritum. Omnes sancti martyres, obtinet mihi dulcem patientiam, vt pro amore Iesu parata sim exponere corpus & animam. Sancte Gregori pastor apostolice, obtine mihi in sanctæ religionis proposito usque in finem vitę meæ perseveranter vigilare. Sancte Augustini speculum ecclesiæ, obtine mihi vt tota viuam Deo & ecclesiæ. O totius religionis fundamentum prōenobile pater mi Benedicte Deo dilecte, obtine mihi in rigore spiritualis vitę tam animi constantiam: vt tecum brauium vitę eternam accipiam. Omnes sancti confessores, obtinet mihi indu confessione & pulchritudine, vt omnis vita mea & actio confiteatur domino miserationes eius in omni opere. Sancta Katharina, vulnerata charitate diuina, obtine mihi omnia terrena despicer, & Iesum solum concupiscere. Sancta Agnes delicata agni pedissequa, obtine mihi charitate ignea sponsum meum Iesum diligere, cuius tu te gloriaris constrictam amore, subarratam fide, & ciuis thalamam in troisse, Sancta Maria Magdalena feruentissima Iesu Christi amatrix, obtine mihi vt fiam sanctę religionis diligentissima obseruatrix. Omnes sanctæ virgines & viduae, obtinet mihi sic in omni spiritualis vita sanctitate proficere: vt ad fructum certissimum possim peruenire. Omnes sancti & electi Dei, obtinet mihi Math. 13. talem & tantam sanctæ religionis obseruantiam, per quam vobiscum perueniam ad illam vitę aeternam patriam, que nescit nisi gaudia, ubi Deus est omnia. Proprius esto peccatis & negligētijs meis domine, & omnes

ruinas

Psal. 54. ruinas deperditæ cōuersationis meæ tua perfectissima conuersatione supplere dignare. A pusillanimitate spiritus & tempestate, ab omni cordis peruersitate & carnalitate, ab omni mentis cœcitate & sterilitate, & ab omni morum negligentia & prauitate, libera me domine. Per omnia viscera paternæ misericordiæ tuæ, da mihi intellectum, & instrue me in proposito huius religionis (quam nunc profiteor coram te) quia fateor me nihil esse, nec scire, nec posse, absque te. Per genitricem tuam, deduc me in semita immaculata, ut tibi placita fia corpore & anima. Ego indigna & prodiga filia tua (quæ heu exgentibus peccatis meis amisi nomen filie) de paterna pietate tua confisa, rogo te secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me, & omnes impietatis meas delens, exaudi me. *Vt in sancta religione mihi spiritum inuictum, cor afflictum, animum promptum, & corpus aptum donare digneris, te ro. audi nos. Vt gratiam, saporem & amorem spiritualis vitae inibi infundere digneris, te ro. Vt me sæculo perfecte abrenunciare, & tibi tota deuotione facias adhærere, te ro. Vt me huius sanctæ religionis fidèlem executricē facias, & in hoc proposito perseuerare concedas, te ro. Vt omnibus nobis in loco isto tibi seruientibus, unitatē spiritus in vinculo charitatis & pacis donare digneris, & post hanc vitam ad promissum gloriæ tuæ præmiū nos perducere digneris, te ro. Vt ex tota autoritate divinitatis tuæ me ab omnibus peccatis absoluere, & in sancto proposito confirmare, & ex toto affectu humanae tuæ te mihi placabilem exhibere, & in ijs omnibus plenè exaudire digneris, te roga, & cæte. Iesu fili Dei viui, tibi soli nota est tota causa desiderij mei, fac*

Psal. 68. Latania. *Vt in sancta religione mihi spiritum inuictum, cor afflictum, animum promptum, & corpus aptum donare digneris, te ro. audi nos. Vt gratiam, saporem & amorem spiritualis vitae inibi infundere digneris, te ro. Vt me sæculo perfecte abrenunciare, & tibi tota deuotione facias adhærere, te ro. Vt me huius sanctæ religionis fidèlem executricē facias, & in hoc proposito perseuerare concedas, te ro. Vt omnibus nobis in loco isto tibi seruientibus, unitatē spiritus in vinculo charitatis & pacis donare digneris, & post hanc vitam ad promissum gloriæ tuæ præmiū nos perducere digneris, te ro. Vt ex tota autoritate divinitatis tuæ me ab omnibus peccatis absoluere, & in sancto proposito confirmare, & ex toto affectu humanae tuæ te mihi placabilem exhibere, & in ijs omnibus plenè exaudire digneris, te roga, & cæte. Iesu fili Dei viui, tibi soli nota est tota causa desiderij mei, fac me*

me secundum cortium fieri, Te roga Agne Dei in via hac qua ambulo, tene manum dexteram meam ne deficiam, Agne Dei, hic quod in tuo cœpi nomine, fac me te cooperante fideliter adimplere, Agne Dei, ne impediant me peccata mea, sed in his omnibus promoueat me miseratio tua. Christe audi me & in hora mortis lætifica me in salutaritu. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Oratio.

Virtutum omnium Deus artificiosissime plantator & custos, fac me indignam velut aliquod minimū de vero semine tuo granum, in sanctæ religionis proposito conualescere, & ad millesimum fructum perfectioris vite accrescere, & usque in finem vitæ meæ fideliter & indefessè in tuo sancto seruitio perseuerare.

Inuoca diuinam sapientiam ut auxilietur tibi, cū Resp. Emmitte domine sapientiam de sede magnitudinis tuæ, Sapiens. ut tecum sit & tecum labore. Vt sciam quid acceptum sit coram te omni tempore. Versus. Da mihi domi Ibidem. ne sedium tuarum assistricem sapientiam. Vt sci.

Hic dabis domino chirographum tuæ professionis, dicens,

IEsu mi dilectissime, opto amoris regulam tecum assumere, quod vitam meam in te renouare valeam & transigere. Eia pone vitam meā sub sancti spiritus tui custodia, ut omni tempore ad mandata tua inueniar promptissima. Mores meos tibi assimilarim qui amore & pace me consolida. Sensus meos conclude luce tuæ charitatis, ut solus tu doceas, ducas & instruas me in penetrabilibus cordis. Absorbe spiritum meum tuus spiritus tam valide, tamque profundè, ut vere tota sepeliar in te.

Cte,

te, & in tui vnione deficiam à me, sepulturamque meā
præter amorē tuum nemo aliis sciat in te. Hic amor
suo me claudat sigillo, & cōsignet tibi nexu individuali
Amen.

*Hic conuertaris ad Dominū, perspiciens quæ sit prima quæ
tibi amor eius iniungit obedientia.*

*Dilectus meus clamat ad mē, pone me sicut signa-
Cant. 8. culum super cor tuum, & super brachium tuum:
quia fortis est vt mors dilectio.*

*Para te tota promptitudine ad ingrediendum cū do-
Psal. 17. mino viam pulchræ dilectionis, cum Respon. Diligam
te domine virtus mea. Dominus firmamentum & refu-
Ibidem. gium meum & liberator meus. Versus. Laudans inuoca-
bo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Dominus
firmamentum.*

Ad suscipiendum iugum sanctæ regulæ.

*Suscipe me pater sancte in tuam clementissimā pā-
ternitatem, vt in stadio huius sancti propositi (quo
proto amore currere inchoavi) te metipsum accipiā
in brauium & æternam hæreditatem. Suscipe me Ie-
Math. 20. su amantissime in tuam benignissimam fraternitatem:
vt tu portes mecum totum pondus diei & æstus, & te
habeam in totius laboris mei solatium, & iteneris mei
comitem, ductorem & sociū. Suscipe me Spiritus san-
cte amor Deus, in tuam piissimam misericordiā & cha-
ritatem: vt te habeam in totius vitæ meæ magistrum
& præceptore, & cordis mei dulcissimum amatorem,
Amen.*

Hic prosterne coram domino.

Psal. 50. Kyrie eleison. &c. Psal. Misericordie mei Deus dicas.

*Ad pedes tuos venio pater amantissime. Ecce peccata
mea*

mea diuiserunt inter te & me. Eta secundū multitudinē *Ezai. 59.*
misericordiæ tuæ mei miserere, & rumpe maceriā anti-
quæ conuersationis meæ, quæ impedit me à te: & tam
violenter trahē me ad te, vt inextingibilis dilectionis
tuæ dulcedine sapienter amando sequar te. *Oratio.*

E ña pie Iesu, quia velle adiacet mihi, perficere autem
non inuenio: ex fragilitate conditionis humanæ, *Rom. 7.*
tua gratia cooperante sic animam meam ad te per Le-
gemi immaculatam tui amoris conuerte; vt viam naan-
datorum tuorum infatigabiliter currens, & tibi insepa-
rabiliter adhærens, tu mecum sis domine mi, adiuuans
me semper & confortans in opere quod suscepī amore
amoris tui.

Pro impositione sancti habitus dicas hinc orationem.

O Amor veni nobilis, quo ego calamus ignobilis,
ex tuo florido aspectu lilio si milis, præstantissimæ
diuinitatis tuæ dextra plantata, in sanctæ humilitatis
valle profundissima, in transitu aquæ superfluentis
charitatistuæ, in transitu aquæ magnæ indulgentiæ tuæ
& pietatis: vt ego aridum fœnum plantationis tuæ (quæ
in me sum tota nihilum & inane) ex spiritus tui pin-
guedine reuirescam plenè, & reflorem in te, ô meum
dulcissimum manē, & h̄c in te exuam veterem homi-
nem cum astibus suis, vt possim indui nouo homine *Eph. 4.*
qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctita-
te veritatis. Amen.

Respon. Regnum mundi. vt supra.

Q Vid mihi iam vlt̄a cum mundo ô Iesu chare mi?
Ecce nec in cœlis quicquam præter te volui, te so-
lū amo, te desidero, te diligo, te cupio, te sitio, te amo.

In te tota deficio dilecte mi, dilecte mi. Eia træsfer me
inflammam tui viui iacendij, & fac me nūc tam integrē adhærere super te, vt in mortis hora reliquo corpore, in æternum mihi bene sit in te: quia anima mea amat te, cor meum desiderat te, virtus mea diligit te, & omnis vita mea a me transiens iam abiit post te, O Iesu omnium charorum charissime, tibi dicit cor meū, tu es charissimum charum meum, totum verum & securum gaudium meum, optima pars mea, quē solum amat & diligit anima mea.

*Accedens ad communionem, proifice te totaliter in Deum,
vt ei soli viuis.*

Tsal. 1: **Q**uid sum ego Deus meus, vita animæ meæ? Heu heu quam longè à te. Ecce ego quasi puluis exiguus, quem proiecit ventus à facie terræ. Eia eia, in virtute charitatis tuæ dignare aperire omnipotentis amoris tui tam validè producere, & in turbine spiritus tui tanto impetu me in te proiecere, atque in sinu tuæ piæ curæ me excipere: vt incipiam veraciter à me metipsa deficere, & in te ò dulcis amor meus mente excedere. Ibi ibi da mihi me metipsam in te amittere, me metipsam in te tam integraliter relinquere, vt nullum mihi de me in me remaneat vestigium, sicut pulueris granum eiuscum nullum ibi ostendit suę electionis defectum. Eia eia, transfer me sic totaliter in tui amoris affectum: vt in te annihiletur omne meum imperfictum, & extra te non habeam ultra spiritum: eia da mihi sic me perdere in te, vt in æternum nusquam inueniam me nisi in te, Amen.

Hic desidera in Domino consummari.

Quid

Quid sum ego Deus meus, amor cordis mei, heu heu quam dissimilis tibi. Ecce ego quasi minima guttula bonitatis tuæ, & tu totius dulcedinis plenum mare, Eia ò amor amor, aperi aperi super me tantillum viscera tuæ pietatis. Stilla super me omnes cataractas tuæ benignissimæ paternitatis, Rumpere super me omnes fontes magnæ abyssus tuæ infinitæ misericordiæ. Absorbeat me profundum tuæ charitatis. Demergar in abyssum maris tuæ indulgentissimæ pietatis. Peream in tui viui amoris diluio, sicut perit stilla maris in suæ plenitudinis profundo, Moriar moriar in tuæ immensæ miserationis profluio, sicut moritur scintilla ignis in fluminis impetu validissimo, Involuat me tuæ dilectionis stillicidium. Vitam mihi auferat tui amoris poculum. Occultum consilium tui sapientissimi amoris operetur & perficiat in me gloriosam mortem vitalis amoris. Ibi ibi amittam vitam meam in te, ubi tu viuis eternaliter, ò amor meus Deus vita meæ, Amen.

Hic desidera sepeliri in Deo viuo.

Quid ego sum Deus meus dulcedo mea sancta? Heu heu omnium erectorum tuarum facta sum periplema: sed tu mea fiducia magna, quia in te est mihi reposita totius de perditionis meæ supplementum & abundantia. Eia ò amor amor, congrega nūc super me aceruum tuæ immensæ bonitaris & indulgentiæ. Opprime me sarcina tuæ infinitæ pietatis & clementiæ. Fac me expirare in tui spiritus dulci spiramento, obdormire in tui amoris velamento. In degustatione tuæ suavitatis viuens tradam spiritum, vt in te ò dulcis amoenitas mea, à me metipsa transiens suauiter

ter vadam, in amplexus tuos cadam, & in melliflui amoris tui osculo veraciter sepeliar. Inuolue me syn-done charæ redēptionis. Condito me aromate tuæ p̄ciosæ mortis. Repone me in marmoream tumbam tui transflanceati cordis, abscondens me sub la pide dul-cissimi respectus tuæ mellifluæ faciei, vt in æternum sit tibi cura mei. Ibi ibi dilecte mi sepeliar in tuæ pater-næ dilectionis prædulci vmbra. Requiescam, requiescam, requiescam, in tuæ p̄ciosæ & viue amicitiæ sempiterna memoria. Eia eia in te o fortis amor exa-rescat caro mea. Inte o vitalis amor expiret vita mea. Inte o dulcis amor incineretur tota substantia m ea. Et in mellifluo lumine vultus tui requiescat in æternum anima mea. Amen.

Deinde dicas Canticū Magnificat pro gratiarum actione cum hac oratione.

Tibi Deus viue meæ, viuificatori animæ meæ, tibi dul-cissimo amatori meo, patri sponso & prouisiōni meo, præsento totalem theſaurum amoris mei, in crenium spiritus ardoris tui, in carentem caminum viui amoris tui. Propter te propter te, o omnium charorum charissime, in hac hora aggrediens vias duras, sciens quia melior est misericordia tua super vitas. Eia o mi dilecte, tua divina virtute, me præsumentem de tua pietate, tui spiritus armatura præcinge ad bellum, vt omnes insidias inimicorum meorū ponas mihi dor-sum, & omne quod tibi soli totaliter non viuit in me, tu ipse supplanta sub me tua inextinguibili charita-te, vt tui viui amoris dulci iuuamine, tuæ dilectionis vitali suauitate attracta & refecta, diligam te: diligam te (o dulcis virtus mea) iugunt amoris tui suave & onus leue,

Psal. 62.

Ieue; hilariter portans te duce, vt omnis labor' seruicij (quod tibi dilecte mi impendo) videantur dies pauci præ amoris tui magnitudine. Dulcis temperies spi-ritus tui abreuict & alleuict mihi totum pondus & æstum dici, & tu ipse omnem operationem & exer-citium vitæ meæ intricate dignare cooperationi vitæ viuæ dilectionis tuæ, vt in æternum te magnificet ani-ma mea, tibi infatigabiliter seruiat omnis vita mea, & exultet spiritus meus in te Deo salutari meo, omnis-que mea cogitatio & actio tibi sit laus & gratiarum a-ctio, Amen.

Finitis omnibus commendata domino cum Cant. Nunc dimittis.

Eia nūc o amor rex meus & Deus meus, nūc o Iesu mi chare meus, in benignissimā curam tui diuini cordis suscipe me. Ibi ibi, vt tota viuam tibi, amore tuo conglutina me. Eia nunc in magnum mare abyssalis misericordiæ tuæ dimitte me. Ibi ibi visceribus superef-fluentis pietatis tuæ committe me. Eia nunc voranti flammæ viui amoris tui immittit me. Ibi ibi usque ad in-çendium incinerationis animæ & spiritus mei in te trāsmittit me. Eia & in hora exitus mei prouidentię tuę paternę charitatis committit me. Ibi ibi o dulce salutare meum, visu mellifluę presentię tuę consolare me. Ibi gustu charę acquisitionis, quo redemisti me, recrea me. Ibi viua voce tuę pulchre dilectionis ad te metipsum voca me. Ibi in amplexum indulgentissimę placabili-tatistuę suscipe me. Ibi in dulci spiramento sua uiflui spiritus tui tibi metipſi attrahit, intrahit & imbibe me. Ibi in osculo perfectę unionis perpetuę fruitioni tuę immerge me, & da mihi tunc vt videam te, vt

C 4 habeam

Luc. I.

habeam te, & eternaliter fœlicissime fruar te, quia anima mea concupiuit te, ô Iesu omnium charorūcharissime, Amen.

EXERCITIUM DIVINI AMORIS.

Quoties vacare vis amori, abstrahē cor tuū à cunctis inordinatis affectibus, impedimentis & phantasmatibus, eligens ad hoc diem & tempus opportunum, saltem tribus horis in die: scilicet manē, meridie, & vespere: in supplementum quōd dominum Deum tuum nunquam dilexisti toto corde, tota anima, totaque virtute. Et tunc toto affectu, tota devotione, & intentione coniungaris Deo in oratione, quasi ipsum sponsum Iesum videres præsentem (qui rectique præsens est in anima tua.) Et primo manē quasi occurens Deo tuo, dicas hanc orationē, cum his tribus versibus.

Deus Deus meus ad te de luce. Sicut in te anima mea. In terra deserta.

*F*ia ô amor Deus. Tu solus es totus & verus amor meus. Tu es charissimum salutare meum. Tota spes & gaudium meum. Summum & optimum bonum meum. Tibi Deo meo, charissimo amori meo, mane astabo & videbo quia tu es ipsa perennis suauitas & dulcedo. Tu es sitis cordis mei. Tu es tota sufficiētia spiritus mei. Quo te plus gusto, plus esurio. Quo plus bibo, plus sitio. O amor Dei, tua visio est illi dies præclarissima: illa dies vna quę in atrijs Dñi melior est super millia, cui soli suspirat mea vnicā quā tibi redemi

st̄i

sti anima. Eta quando me satiabis tuę mellifluę facie dulcedine? Cōcupiscit & deficit anima mea super tuę suavitatis pinguedine. Ecce elegi & præelegi abiecta esse in domo Dei mei, vt possim aspirare ad refectiōnem tuę dulcissimę faciei. O amor, te videre, est in Deum mente excedere. Tibi adhærere, est Deo coniungi nuptiali fœdere. O anima mea lumen serenissimum, & manē præclarissimum, eia iam in me dieſe, & sic in hi illucesce, vt in tuo lumine videam lumen, & per te nox mea conuertatur in diem. O meum charissimum manē, omne quod tu nō es, amore amoris tui quasi nihilū reputē & inane. Eta visita me iam manē diluculo, vt in te tota immiter subitō. O amor nō lucifer, sed deifer, iā nunc venias mihi largiter, vt per te liquescā dulciter: āme anihilata in te fluā integraliter, vt amodō nūquā in me recolligi valeā temporaliter, sed tibi cōglutinata manē xternaliter. O amor tu es illa forma singularis, ille decor principalis, quæ in hoc sæculo nō videtur nisi Seraphim sub alis: O quādo me reficiet pulchritudo tāta & talis? O imperialis stella matutina, præfulgens claritate diuina. O quādotua me illuſtra bit p̄fēctia? O amabilissima species dē te me quādo saties? Vtinā tuę venustatis tenues radios hīc percipiā parūper, vt liceat mihi tuam dulcedinem saltem prælibare paulisper, & te partem meā optimam prægustare suauiter. Eta conuertere nūc aliquantulum, vt in te flos florū meū figam intuitum. Tu es præclarum sanctę trinitatis speculum, quod ibi facie ad faciem, hīc autē in enigmate soluīn, licet intueri per mundi cordis oculum. Eta resperge me tua puritate, & mundabor. Tangere tua mundicia cordis mei intima, & super niūc deäl-

C 5 babor.

Psal. 70.

Psal. 83.

Psal. 33.

Iob. 5.

Apoc. 22.

1 Cor. 13.

Psal. 50. babor. præualeat quæso tuæ charitatis magnitudo, & inuoluat me meritorum tuorum copiosa sanctitudo, ne impedit me a te inævenustatis dissimilitudo. Respicere in me & vide, & fac me agnoscere te & scire.

Ioan. 4. Tu prior dilexisti me. Tu elegisti me cum non elegerim te. Tu omni sicutientite occurris sponte: candor lucis æternæ in tua nitet fronte. Eia ostende mihi faciem tuam, & fac me contemplari speciem tuam. En facies tua suavis & decora, quam irradiat pulcherrima diuinitatis aurora. In genis tuis mirabiliter rubet ò & alpha. In oculis tuis inextinguibiliter ardet præclara æternitas. Ibi salutare Dei mihi rutilat vt lampas. Ibi luminosæ veritati iucundè alludit speciosa charitas. Odor vitae mihi spirat ex te. Mel & lac stillat mihi tuo ex ore. Quam pulchra es ò Deus charitas, & quâm aïcœna, quâ admirabilis, & quâ spectabilis charissima in delitijs? Tu regina diuino in solio resides prima, imperialis trinitatis plena diuitijs. Tu séper vxor & sponsa summi Dei gaudes contubernio, dilectione inseparabili coniuncta Dei filio: O amor, in occasu vitæ meæ tu mihi valdè mané oriri dignare, & cum me videris ab hoc incolatu deperire, fac me vitam æternam in te haurire: & da mihi hoc exilium sic finire, vt tecum agni nuptias absque impedimento possim introire, & te duce verum sponsum & amicum inuenire, eique inter brachia tua tam charè copulari, vt in æternum ultrà nunquam valeam à complexu eius separari. O amor, o clavis Dauid, tu mihi tunc resera & aperi sancta sanctoru, vt te intromittente sine mora læta videā in Sio Deū decorū, cuius mellifluū vul tu anima mea nunc desiderat, & concupiscit multum.

In

In meridie ad sponsum amore tui flagrantem accede, vt ipse sol iustitiae tepiditatem tuam accendat suæ dilectionis feroore, vt carbo amoris diuini ardeat inextinguibiliter in ara cordis tui, dicens hanc orationem cum his versibus:

Diligam te domine, Deus meus adiu. Protector meus & cornu salu, Psal. 17. Oratio.

Eia o amor amoris mei primitius flōs, tu mea chrysissima sponsalis arra & nuptialis dos. Ecce propter te fastidiū seculum, & vt lutum pedum reputavi omne mudi gaudium, vt ad tutum possim aspirare conubium. Eia admitte me ad tuæ charitatis secretum. En cor meum iam ardet tui amoris ad osculum. Aperi mihi tuæ pulchræ dilectionis familiare cubiculum. En anima mea sitit tuæ intimæ vñionis ad amplexum. Eia nunc para tuæ vberis misericordiæ conuiuum, invitans me ad mēnsam tuarum dulcedinum. Appone mihi tuæ sempiternæ propiciacionis prædulce ferculum, quod solum potest meum confirmare spiritum. Eia nunc epulemur pariter, ò charissimū & summum bonum meum. Tu in te ipso omnibus bonis abundas & superabundas inæstimabiliter, & te ipsum creaturæ tuæ communicas mirabiliter. Eia te ipso me refice largiter. Quomodo enim viuet scintilla nisi in suo igne? Aut quomodo esse potest gutta nisi in suo fonte? Eia me totam, spiritum simul & animam voretiam & inuoluat tua chara ignitas, secundum quod præualet in exiguo puluere tua omnipotens liberalitas. O amor ò dulcissimus meridianus feroor, tua plena pacë sancta otia me delectant super omnia. Tua votiva sabbata sunt strata Dei præsentia, & serenissimæ faciei

Cant. c. i.

faciei sponsæ redundant gratia. Eia ô mi dilecte super omnem creaturam electe, & prelecte, declara mihi nunc in te, & ostende ubi pascas, ubi cubes in meridie. En aestuat & ardet spiritus meus super tuæ feriationis dulcedine. O amor, hic tuæ charitatis melliflua sub umbra, tota spes mea pausat & fiducia. In tuæ pacis gremio, Israel habitat confidenter. Huius votiui sabbati solennia, anima mea concupiscit vehementer. O amor, tui fruitio, est verbi & animæ dignissima copulatio, quam efficit perfecta Dei unio. Te vti, est Deo intricare. Te frui, est cum Deo unum effici. Tu es illa pax quæ exuperat omnem sensum, & illic iter quo peruenitur ad thalamum. O si & mihi miseræ vel ad momentum contingat pausare tuo charissimo dilectionis sub amictu, vt confirmetur cor meum vel uno viuui verbi tui consolatorio dicto, vt audiat anima mea ex ore tuo hoc bonum & suave verbum: Salus tua ego sum, ecce iam patet tibi cordis mei cubiculum! Ut quid enim ô amor prestabilis, tam foedam, tam turpem adamasti, nisi vt pulchram faceres in te? Tua pia charitas attrahit & allicit me, ô virginis Mariæ flos delicate. Ab expectatione mea ne confundas me, sed da mihi animæ meæ requié inuenire in te. Nil inueni desiderabilius, nil iudicaui amabilius, nil optaui charius, quā stringi, ô amor, tuis amplexibus, requiescere Iesu mei sub alis, & habitare diuinæ charitatis in tabernaculis. O amor, ô speciosa meridies, mori velle nullies, vt in te mihi esset requies. Vtinam tantam ac talem tuæ pulchre dilectionis faciem, ô charissime, ad me inclines: O si detur mihi venire tibi nimis propæ, vt inueniam iam me non iuxta, sed intrate: vt de te sole

Hier. 23.

Philip. 4.

Psal. 34.

Psal. 118.

sole iustitiæ, in me puluere & cinere, oriuntur omnium virtutum flores, & te marito, mi domine, talis fœcunditas accedit animæ meæ, vt hascatur in me totius perfectionis inclita proles, quatenus erecta de valle huins misericordiæ, cora m' tua desiderabili facie, in perpetuum possim gloriari, quod tu speculum sine macula, mihi rali ac tantæ peccatarichis in veritate non sis designatus copulari. Eia ô charitas, in mortis hora, tua me reficiat verba super vinum meliora, & consolentur me labia tua super mel & fauum dulciora: & tu ipse sis mihi via, ne tunc errem per deuia, sed per te adiuta, ô regina absque impedimento perueniam ad diuini deserti speciosa & pinguis, ubi in æternū lœtabunde perfui mercar sponsi mei Dei & agni melliflua præsentia. Amen. dicant omnia. *Si quis dicit de te quod non sit, dicit de te quod sit.*

Psal. 7.

Psal. 18.

In vespera tota liquefens & deficiens super expectatione fruitionis sempiternæ visionis mellifluae faciei Dei, & agni, irruas in amplexus fons Iesu amatoris tui: ut apis negotiosa osculo tota adhaerens amatorio cordi eius, expostula ab eo tam efficax osculum, unde moriens tibi ipsi nunc & in morte tua transcas in Deum, unusque spiritus tuus cam eo, clamans in siti.

Quemadmodum desiderat ceruus: Sitiuit: fuerunt. *Psal. 4r.*
Eia ô amor dulcis osculo, tu es fons ille quem fitio. Ecce ad te cor meum aestuat, vtinam, vtinam ô plenum mare me stillam modicū in te absorbeas. Tu es animæ meæ viuus & dulcissimus introitus, vt à me in te mihi fiat exitus. Eia aperiatur mihi charissimi cordis tui salutaris introitus. Ecce cor meum iam non habeo mecum, sed tu ô charissime, thesaurus meus, tuo in conclusione

uas

uas illud tecum. Tu es vñica tota & charissima cordis
mei substantiola. Tibi soli mea feruenter adhæsit ani-
ma. O qualis tua societas! Vere vere tua familiaritas,
longè melior est super vitas. Odor tuus, sicut diuinę pa-
cis & propiciationis intima balsama. Tu es diuinę con-
solationis superabundans & diues nimis apotheca. Vti-
nam ô regina charitas in tua me introducas cellaria, vt
degustum suauiter tua meliora quę ibi latent vina. En-
omnia vasa tua Deo plenissima, & Spiritu sancto re-
dundantia. O si mihi contingat h̄ic quod cupio, & de-
tetur mihi vt veniat mea chara optio, & in veritate tui
sit ad me conuersio, & reficias me in tuę propiciatio-
nis pr̄esuauī osculo? Vtinam ô charissimum charum
meum in intimis meis apprehendam te & deosculer, vt
tibi vñita veraciter, tibi adhæreám inseparabiliter. O
amor, tu es pr̄esuauē sanctę trinitatis osculum, quod
tam potenter vnit patrem & filium. Tu es hoc saluta-
re osculum, quod imperialis diuinitas nostrę humani-
tati impressit per filium. O osculum dulcissimum, ne
me puluerem exiguum, tuum pr̄etereat vinculum:
non parcat mihi tuus contactus pariter & complexus
quousque cum Deo fiam vñus spiritus, Fac me veraci-
ter experiri quantę delitię sint te Deum viuum, dul-
cissimum amorem meum, in te ipso complecti, ti-
bique vñiri. O amor Deus, tu es mea charissima pos-
sessio, sine qua in coelo & in terra nihil aliud spero,
nec volo, nec cupio. Tu es mea vera hereditas, &
tota expectatio, ad quam tendit finis meus & in-
tentio. Eīa ô amor, tua in me consummata dile-
ctio, sit finis meus & consummatio. Pactum nup-
tialis foederis, quod cor meum nunc tecum in iusti, de-
monstra

monstra mihi cū aduersperascit. In vultu mei charis-
simi Dei, tu lumen vespertini sideris. In mortis meę
tempore, tu mihi dignanter appare, ô meum charum
& pr̄eclaram vespere, vt in te habeam huius incola-
tus mei optatum vespere, in tuo pleno omni dulcedine
suauiter obdormiens & requiescens pectore. O amor
Deus, mea resolutio, fiat mihi animę meę in te inuo-
luto: vt te circumamic̄ta, in decore tuo regali, digna
appaream coram sposo immortali, in vestitu nup-
tiali, cū dote sponsali. Eīa ô amor, hora meę consum-
mationis signetur sigillo tuę charę dilectionis, im-
pressa charactere tuę eternę propiciationis, vt vber-
tas tuę distillantis benedictionis perducat me absque
impedimento, ad ingressum meę eternę in te recep-
tionis, sempiternę fr̄uitionis, & perpetuę possessionis.
O amor, ô meum charissimum vespere, in hora mor-
tis iucundē te videam & lætanter. Illa sancta flamma,
quę in diuinitatis vi ignea in te ardet iugiter, omnē ma-
culam ab anima mea expurget veraciter. O meū pr̄ae-
dulce vespere, cum mihi aduenerit vitę huius vespe-
re, fac me in te dulciter sopiri, & illam beatissimā (quę
in te charis tuis parata est) requiem experiri. Tuę pul-
chrę dilectionis respectus placidus, nimis & gratus,
dignanter ordinet & disponat nuptiarum mearum ap-
paratus. Tuę bonitatis diuinijs, cooperi & contege pe-
nuriam & inopiam vitę meę degeneris. Tuę charita-
tis in delitijs, anima mea habitet confidenter nimis.
O amor, tu ipse mihi tunc sis vespere tale, vt per te a-
nimę meę cū lætitia & exultatione dicat corpori meo
dulce vale, & spiritus meus redies ad dominum qui de-
dit illum, sub ymbra tua suauiter requiescat in pace.
Tunc

Tunc mihi dicas manifeste, voce propria citharizans dulcissime, Ecce aduenit sponsus, iam egredere, ei que iungere proprius, vt laetificet te gloria sui vultus. O quā felix, quām beatus, cuius in te finem habet incolatus: heu mihi, heu mihi, quandiu erit mihi prolongatus? O quale erit illud tunc, cū mihi aduenerit hoc præsuave & amœnum nūc, cum manifestabitur mihi, & apparet Dei mei, regis mei, & sponsi mei gloria cum interminabili fruitione & sempiterna laetitia, quando in veritate contemplabor & videbo illam desiderabilem, illam optabilem, illam amabilem Iesu mei faciem, cuius tamdiu anima mea sicut & concipiuit specie? Ceterum tunc satiabor & adimplebor de torrente illius voluptatis, quæ mihi nunc tandiu clausa latet in apothecis diuinitatis. Tunc videbo & contemplabor Deum meum charissimum amorem meum, in quem nunc deficit spiritus meus & cor meum. O quando, quando ostendes mihi te ipsum, vt videam & hauriam cum suadiditate te Deum fonte viuum? Tūc potabor & inebriabor ab libertate dulcedinis fontis viui, qui distillat ex delitijs illius, quem anima mea desiderat mellifluæ faciei. O dulcis facies, de te nre quando saties? Tunc introibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad aspectum Dei, cuius ad ingressum cor meum fit gemens pro mora incolatus mei. O quādo adimplebis me laetitia cū facie tua melliflua? Tūc contemplabor & de osculabor verum animæ meæ sponsum Iesum meum, cuiam in siti adhæsit, & post quem simulabit totum cor meum. O quis me liberavit peregrinationis huius ab exilio? O quis me scripet seculi huius à laqueo? O quando relinquam corpus hoc miserum, vt sine medio videam te ò amor

Deus

Psal. 72.

Psal. 41.

Ibidem.

Psal. 15.

Deus fidus siderum? In te ò amor chare, eripiar mortis huius à tentatione: in te Deo amatore meo murum corporis transgrediens, cum securitate & exultatione, ubi in veritate sine ænigmate facie ad faciem videam te. Eta tu fons sempiternorum lumen, repepe me in tuum (à quo profluxi) abyssale profluum, ubi cognoscam sicut cognita sum, amē sicut amata sum: ut si cuti es, videam te Deum meum, visione, fruitione & possessione tua beatificata in perpetuum, Amen.

Ibidem.
1. Joan. 3.

Ipsa etiam die amoris, septies off. res domino anim. in tuam ad refrigerandum in te amo em diuini cordis sui. Et pri mō ad Matutinas ora dominum, vt ipse summus magister, unctione spiritus sui doceat te artem amoris, effusus te in propriam discipulam, vt eo Doctore exercearis infatigabiliter in virtute charitatis. Et dic:

Domine Iesu Christe, ad te configi: doceme facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Oratio.

O Amor magister, domine mihi cœlis sublimior, & abysso profundior, cuius admirabilis sapientia solo visu beatificat omnia, desuper Cherubim charitate plenissima, in valle plorationis respiciens humilia & colligens paruulos ad tua dogmata salutaria: Eta ne me peripsema tua prætereat disciplina, sed reficiat me quæso tua yitalis doctrina. Vtinam, & nullies vitnam, me adoptes in filiam, vt habeas & possideas me tanquam propriam. Eta ò amor, iam in me incipias exercere magisterium, à me metipsa segregans me in tua viuæ charitatis & dilectionis ministerium, totum (ò amor) meum possidens, sanctificans & adimplens spiritum, Amen.

D. Ad

Psal. 144.

.

INSINVAT. DIVINÆ

Ad Primam ora Dominum, vt introducat te in scholam amoris, ubi addiscas Iesum cognoscere & amare. Et hoc cum oratione & versu:

Psal. 118. Ancilla tua ego sum amatiſſime Iesu, da mihi intellectum, vt discam mandata tua.

O Amor Deus, quam bené, quam diligenter tu tuos in charitatis gremio foues & nutris pullos. Vtinā, & millies vtinam, iam mihi castæ dilectionis aperias scholam, vt inibi tuam charissimam experiar disciplinam, & per te fortior non solum bonam, sed & inveritate sanctam & perfectam animam. Eia o amor, in tue charitatis medullā meos intinge sensus, vt per te fiam puer ingeniosus, & tu ipse in veritate sis pater, doctor & magister meus, & sub tua paterna benedictione, ab omni peccati scoria meus integrè depuretur & deoquatur spiritus: vt ad capienda tua ignita eloquia, totus reddatur cōueniens & captus, & me totā (o amor) tuus sanctus, rectus & principalis inhabitet spiritus, Amen.

Id Tertiam ora dominum, vt viuis literis spiritus sui inscribat cordi tuo legem ignitam sui diuini amoris, vt inseparabiliter ei adhreas omnibus horis. Et hoc cū oratione & versu:

Vtinam amantiſſime Iesu dirigantur omnes cogitationes, verba & opera mea, ad custodiendas iustificationes tuas in omni tempore.

Ibidem. **O** Amor Deus, quam præstò es te querentibus? quam dulcis, quam amabilis te inuenientibus? O si mihi nūc tuum expandas admirabile alphabetum, vt cor meum vnum studium subeat tecum. Dicito mihi nunc in via experientia, quid vel quale sit tue pulchræ dilectionis gloriosum & principale Alpha:ne
me

PIETATIS EXERCITIA.

26

meceles adimpletionis generationum imperialis sapientiae tuæ fructuosum Betha. Digo spiritus tui diligenter & sigillatim mihi ostende singulas charitatis tuæ literas, vt vsque ad medullam pregustationis tuarum dulcedinum, in veritate mundo cordis oculo scruter & perlustrem, addiscam, sciām, & integrē (quantum fas est in hac vita) recognoscām eas. Doce me per tuis spiritus cooperationem Tau summæ perfectionis, & perduc me ad O plenę consummationis. Fac me in hac vita tam perfecte addiscere tuam plenam charitate & dilectione scripturam, vt in me non vnum. Iota vacet à tue charitatis adimpletione, vnde moram patiar, cum me (o amor Deus, dulcis amor meus) ad te euocaueris, te metipsum in teipso perpetuò cōtemplaturamen.

Ad Sextam ora dominum, vt in arte amoris sui in tantum proficias, vt amor eius quasi proprium instrumentū habeat te ad omnem voluntatem suam, & tota fias secundum cor Dei. Et dicas orationem & versum:

Benedictionem tuam dulcissimā da mihi Iesu mi charre verus legislator, vt eam de virtute in virtutem, & videam te Deum deorum in Sion.

O Amor Deus, omnis quite nō diligit, elinguis est & infans. Et hic solus proficit, qui tibitotus adharet, te solum indesideranter amans. Eia ne in tue charitatis schola semper sic relinquar ego sola, tanquam tener pullus tue educationis adhuc in ouo: sed in te & per te, imò tecū, eam & proficiam de die in diē, de virtute in virtutem, quotidie tibi dilecte mi fructūferens in tue dilectionis limite nouo. Neque mihi sufficit scire te tātum lylabice: desidero, cupio, & millies exopto,

D 2 nosse

Psal. 83.

nolle etiam te theorice, amare te valide, non solum dulciter, sed & sapienter te diligere, & inseparabiliter ad haertere, vt incipiam iam non amplius in me, sed in te tibi soli viuere. Nunc o amor, fac me te recognoscere in veritate, & in anima mea tibi sedem colloca in omni sanctitate, Amen.

Ad Nonam ora Dominum, vt ipse rex regum faciat te suscipere militiam amoris, & doceat te tollere super te iugum suave, & onus leue, vt sequaris dominum tuum cum cruce tua, Deo tuo ad haerens amore indiuinduo, & hoc cum oratione & versu:

Psal. 90.

Tu es domine spes mea, susceptor meus & refugium meum: tu mecum es in omni tribulatione mea.

O Amor Deus, omnis qui fortis & velox tuæ dilectio nolis reperitur opere, hic verè coram tua regali facie habit omni tempore. Eta o reginarum regina charitas, fac me pro tua gloria tecum coniurare in noua tuæ dilectionis militia. Doce me manum mittere ad fortia, & in te, & per te velociter & indefessè aggredi & complere tuæ dilectionis fidelissima nimis negotia.

Pro. 31.

Psal. 44. Tu gladio spiritus tui femur meum accinge potentissime, & fac me in te virum induere, vt in omni virtute viriliter agam & strenue & in te bene solidata tecum inseparabiliter perseverem innincibili mente. Omnes in te viri sic sicut appropriatæ tuæ charitati, & sensus mei in te fundati & firmati, vt in sexu fragili, virtute animi, menteque virili pertingam ad hoc genus amoris, quod perducit ad thalamum cubiculi interioris tuæ perfectæ unionis. Nunc o amor, tene & habe me tibi in propriam, quia iam ylra nisi in te nec spiritum habeo

nec

nec animam, Amen.

Ad Vesperas cum Iesu amatore tuo, in amatoris urna terra omni tentationi obuiam procede secundum, vt in eo cuius misericordia te semper adiuuat & consolatur, carnem tuam mūdum, & diabolum possis superare, & de omni temptatione gloriose triumphare. Et hoc postula cum oratione & versu:

Iesu mi dulcissime, non des in commotionem pedem Psal. 120. meum, quia non dormis neque dormitas quietis animam meam.

O Amor Deus, tu ipse es murus meus & antemara. *Ezai. 29.*

*I*le. Qui in hoc mundo sustinent pressuras, ecce hisciunt quale intua pace stratum sit eis in defensionem ab æstu & à pluvia umbraculum. Eta nunc respice & vide meum prælium, & tu ipse informa pigitos meos Psal. 143. ad bellum. Si consistant aduersum me castra non timebit cor meum, cum tu ipse, o fidele meum propaginaculum & turris fortissima, mecum sis intus & extra. Vbi est aduersarius meus te adiuuante? Te pro me stante, huc accedat ad me. Tu solo visu aperis mihi & denudas cogitationes satanæ, & exuffias eas verbo coram me. Si millies præcipitauerit me ininicus meus, super charissimam manum dexteram tuam cadens, hanc amplexabor & de osculabor totis precordijs, & te propugnante, te defendente me, ab omni periculo illæsa stabo fortis. Tu in me conculta satanam sub peribus, & omne genus defectuum meorum interfice & fuga penitus. In conspectu tuo cadant mille à me latere, & milena millia à dextris meis: ad me autem non accedat malum, cum tu ipse sis mecum meum sumum verum & charissimum bonum. Utinam, & milles

D 3 milles

lies vtinā, tandem ad me cōuertantur sagittæ tuæ acutæ, vt lanceam dilectionis tuæ gestans in visceribus in meo diō tui (ò charitas) confidenter nimis habitem & in te. Nunc iam ô amor hic sub te sic cadam, vt in æternum manus tuas non euadam. Amen.

Ad Completorium exopta cum dilectio vino amoris inebria-
ri, in Tei vnione mundo sopiri, in amplexu dilecti à te ip-
sa in Deum expirare, & in pectore Iesu icm pené tota

exuta homine, suauiter obdormire: vt in amore quotidie

tibi ipsi moriens. & soli Deo viuens, in mortis horæ fidu-

cialiter occurras morti, respiciēs eā quasi finē tui exilij,

ianuā regni, & portā cœli. Et hoc cū oratione & versu:

Absconde me a mautissime Iesu, in abscondito faciei

tuæ ab omnibus insidiantibüs mihi, & non confunda-

tur anima mea, cum loquetur inimicis suis in porta, sed

adimple eam lætitia cum facie tua melliflua.

O Amer Deus, tu es totius boni consummatio & fi-
nis: tu usque in finem diligis quod eligis: quodcun-

que tibi in manus venerit, foras non ejcis, sed seruasti

bi metipli diligenter nimis. Eia me ipsam totam, & fi-

nem meæ consummationis tibi appropria iure perpe-

tuæ possessionis. Iam ultrâ non parcas mihi, sed vul-

nera cor meum usque ad spiritus medullam, vt in me

vite scintillam penitus relinquas nullam. Imò totam

tecum asporta vitam meam, tibi ipsi in te reseruans a-

niam. Quis dabit in hī intē (ò charitas) consummari,

tuāque morte à carcere corporis solui, & ab hoc in-

colatu liberari? Quām bonum ô amor te videre,

te habere, & in æternum possidere? In die meæ

defunctionis tu ipse ahsis mihi respectu magnæ consol-

ationis, & benè dicas mihi tunc in pulchra aurora tuę

manife-

mánifestæ contéplationis. Nunc è amor, tibi hīc relin-
quo & commendo vitam meam simul & animam: fi-
ne me iam, sine, vt in pace in te requiescam & obdo-
miam, Amen.

Per diem etiam illum quo uataueris amori, pro accensione
sensuum tuorum à vero sole (qui Deus est) ne unquam ex-
tinguaris, sed de die in diem crescas in amore: ruminabis
aßiduē unum de his versibus:

*B*EATI oculi qui vident te ô amor Deus. O quando,

quando illuc perueniam, vbi tu es Deus verum lu-

men, Deus & agnus? Scio quia tandem te videbo meis

oculis, ô Iesu Deus salutaris meus. BEATÆ aures quæ au-

diunt te, o amor Deus verbum vitæ. O quando, quan-

do vox tua plena melliflua suauitate consolabitur me,

vocans me ad te? Eia ab auditione mala non timeam,

sed cito audiam vocis tuæ gloriam, Amen. BEATÆ

nares quæ aspirant te, o amor Deus, dulcissimum vitæ

aroma. O quando, quando aspirabit mihi tuæ melli-

fluæ diuinitatis flagrantia? Eia ueniam cito ad tuę

semipiternæ visionis pingua & amoena pascua, Amé.

BEATUM os quod gustat, o amor Deus, tuæ consola-

tionis verba super mel & fauum dulciora. O quando,

quando replebitur anima mea tuæ diuinitatis exadipe,

& inebriabitur tuæ voluptatis ubertate? Eia sic gu-

stem hīc, quonia in tu suauis es domine mi, vt in æter-
num fœliciter te o Deus vitæ meæ perfruar ibi, Amen.

Beata anima quæ amplexu amoris inseparabilis ad-
hæsit super te, & beatum cor quod sentit tui cordis

osculum, o amor Deus, iniens tecum indissolubilis a-

micitix fœdus. O quando, quando tuis brachijs beatis

stringar, & te o Deus cordis mei, sine medio aspiciā?

Fia citò citò crepta ab hoc exilio faciem tuam mellifluam videam in iubilo, Amen.

Postremò pro confirmatione amoris, dimitte & refigna te ipsum totum in potestatem amoris, Deo amatori tuo tota adhærens, vt habeat te pro instrumento, ad omne deleitamentum sui diuini cordis, & te in se, & se in te sibi metipsi conservet in vita aeternâ, dicens hanc orationem.

Cant. 3. **A** More te tenco amantissime Iesu, nec dimittam: quia nequaquam sufficit mihi benedictio tua, nisi te ipsum teneam & habeam optimam partem meam, totam spem & expectationem meam. Et ô amor vita viuificans, in viuo Dei verbo (quod tu ipse es) viuifica me, quicquid in Dei amore est distractum & extinctum, in me reparans per te. O amor Deus, qui creasti me, in amore tuo recrea me. O amor qui redemisti me, quicquid in amore tuo est neglectum in me, tibi metipsi supple & redime in me. O amor Deus, qui in sanguine Christi tui tibi metipsi acquisisti me, in veritate tua sanctifica me. O amor Deus, qui in filiam adoptasti me, secundum cor tuum nutri, nutri me. O amor, qui tibi & non alij elegisti me, fac me totam tibi adhærere. *Marc. 22.* O amor Deus, qui gratis dilexisti me, da mihi toto corde, tota anima, tota virtute, diligere te. O amor Deus omnipotentissime, in amore tuo confirma me. O amor sapientissime, da mihi sapienter amare te. O amor dulcissime, da mihi suauiter gustare te. O amor charissime, da mihi tibi soli vivere. O amor fidelissime, in omni tribulatione mea consolare & adiuua me. O amor socialissime, omnia opera mea operare in me. O amor victoriosissime, da mihi usque in finem perseverare in te. O amor præcordialissime, qui nunquam dereliquisti

dereliquisti me, tibi commendo spiritum meum. In mortis hora ad te ipsum suscipe me, ore proprio vocas me ad te, dicens: Mecum eris hodie. Jam de exilio egrere ad solenne cras immarcescibilis aeternitas, ibi inuenies me Iesum verum hodie diuinæ claritatis, qui sum initium & finis totius creaturæ, nec ultra succedit tibi eras huius mutabilitatis, sed in me vero hodie, habebis sempiternum hodie, vt sicut ego vivo, & tu viuas in me Iesu Deo amatore tuo, felicissime exultans sine fine. Amen dicant omnes vires, sensus & motus corporis & animæ meæ.

Luc. 23.

Apoc. 3.

Iean. 14.

EXERCITIUM LAVDIS ET GRATIARUM ACTIONIS.

Statue tibi interdum unum diem, in quo sine impedimentoo possis vacare laudi diuinæ, in supplementum totius ladi gratiarum actionis, quam persoluere neglexisti Deo tuo, omnibus diebus vita tua, pro universis beneficijs suis. Et erit hic dies laudis & gratiarum actionis, dies iubileus, & celebrabis memoriam illius speciosæ laudis, in qua in aeternum iubilabis domino, quando satiaberis Dei praesentia, & gloria domini implebitur anima tua. Ideoque his miscentur deuota quedam suspiria animæ querentis videre faciem Dei.

Sunt autem inter has laudes quedam adeò diuinæ, vt potius videantur esse beatorum in patria, quam via torum in terra. Primò ergo in spiritu humilitatis, venias ante faciem Dei tui, vt ostendat tibi gratia vultus sui, dicens.

Loquar

- Genes. 18.* **L**Oquar ad Dominum meum, cùm sim puluis & cinis. O Deus meus excelsus & sublimis, humilia
Psal. 137. respiciens in imis, anima mea & spiritus meus deficit super infinitis beneficijs tuis. Aperi mihi benignissimi cordis tui thesaurū, ubi reposita est mihi summa desideriorum meorum. Aperi mihi melliflui vultus tui grā
Psal. 141. tiam, vt effundam in conspectu tuo meam animam. Aperi mihi int̄ pacis meę propitiatiōne dulcissimam, quę mea exhilaret animā, & in laude tua meā resoluat linguam. Eīa o amor, tu pro me ingredere ante conspectum magni Dei, & ibi pronuncia clamorem desiderij mei, quia post Deum iam exaruit omnis virtus mea insiti. Eīa trahe & attolle spiritum meum sursum ad te, quia in salutare Dei iam defecit caro mea & cor meū.
Psal. 72. Eīa præsenta me domino meo regi, quia iam liquefacta est anima mea pr̄ amore & expectatione sponsi mei. O amor, nūc desiderium meū valde velociter cōp̄le: si moram feceris, iam morior deficiēs pr̄ amore,
̄. 118.

Hic intra ad laudandum Dominum.

- Ezai. 52.* **E**Leuare o anima mea, eleuare, excutere de puluere, conserge, & intra ante conspectū domini Dei tui, ut confitearis ei omnes misericordias & miserationes eius, quas ostendit tibi. Et quid ego ad Dominum, vel quomodo ei respondere potero pro mille vnum? O amor, vim patior, tu respōde pro me, quia nescio quid dicam Deo vitę meę. Facta sum elinguis in admiratione glorię vultus eius, nec iam est mihi ultra vox neque sensus, quia in splendore maiestatis eius emarcuit cor meum & virtus. O amor, tu in Deo Iesu meo, verbo vite responde pro me, & commoue mihi hoc deifi-

deificatū cor, in quo omnis tua virtus tām euidenter cluēt. O amor, & ego resumens vires per te dicam Deo salutis meę. Tu es susceptor animae meae. Tu es vita spiritus mei. Tu es Deus cordis mei. O amor, tu cir cumuolue dulcissime gutturis Iesu sponsi mei præclarissimam lyram, vt ipse Deus vitę meę, pro me sibi personet laudationis vocem primam, & sic in delectatione suę laudis inuoluat vitam meam simul & animam. Eīa o amor, nūc quod facis, fac citius. Iam enim *Ioan. 13.* ferre non valeo forte quod mihi iafixisti vulnus

Hic excita animam tuam ad dilectionem in Deo.

LEUA nūc o anima mea oculos tuos, intuere & respice potentiam regis tui, gratiam Dei tui, charitatem salutaris tui, cui appropinquisti. Vaca iam, gusta, *Psal. 33.* & vide, quam duleis & quam spectabilis sit sp̄clus, quę præmillibus elegisti. Vide quę & quanta sit gloria, pro qua inundum cōtempsti. Vide quale bonum, sit quod expectasti. Vide qualis sit patria, ad quam suspirasti. Vide quale sit brauium, pro quo laborasti. Vide quis, qualis & quantus sit Deus tuus, quem dilexisti, quem adorasti, quem semper optasti.

O Deus vitę meę, quas tibi laudes dignę referam nescio, vel quid retribuam tibi dilectio mi pro omnibus bonis quę retribuisti mihi. Ergo te in me, & me in te, Iesu mi chare, in holocaustum laudis tibi offero: nihil amplius habeo, hoc ipsum quod in te sum & viuo, hoc totum tibi do. Tu es vita mea. Tu es sufficientia mea. *Psal. 115.* Tu es gloria mea. Tu misericordia evidentia, quę in mea resplendet anima, Tibi laus sit & gratiarum actionis summa. O quādo medullā animę meę super altare tuū concremabo, & illo sancto igne (quod ibi ardet iugiter) *Aðor. 3.* cor

cor meum conflabo, meipsamque totam in hostiam laudis tibi immolabo? Eia o Deus dulcedo mea sancta, tu cor meum in te dilata, & animam meam amplifica, Psal. 143. vt omnia viscera mea impleantur gloria tua. O quando dicetur animæ meæ: Conuertere in requie tuā, quia dominus benefecit tibi? O quando audiam vocem illā iucundissimam, Veni intra thalamum spōsi tui? O quando in te, Iesu pax mea dulcissima, requiescam & obdormiam, vt gloriam tuam videam? Sed tu o vita spiritus mei, potens es depositum meum seruare mihi, & redire animam meam ad te qui creasti me. O amor, amor, quando educes de carcere animam meam? O quando absolves a compede corporis vnicam meam? O quando, quando introduces me in thalamum sponsi mei, vt fructuue inseparabili coiungar ei? Eia o amor, meas acceleras nuptias, quia nullies optarem mori, vt tales possim experiri delicias, non meum tamen commodum, sed tuum querens beneplacitum.

Deinde quæ si deficiens præ admiratione gloriae Dei tui, astarunt uultui eius in quem desiderant. Angeli prospicere, legiisque corde & ore Psal.

Psal. 102.

Benedic primum, salutando faciem gloriae Dei tui cum his verbis.

Dan. 3.

Benedictus es Adonai in firmamento cœli. Benedic te tota medulla & virtus spiritus mei, Benedic te tota substantia animæ & corporis mei. Te glorificant omnia interiora mea. Tibi coniubilent omnia desideria mea, quia tu solus laudabilis es & gloriosus in secula. Jam cor meum & virtus mea dereliquit me, & medulla spiritus mei abiit post te Deum amatorem meum, qui creasti me ad te: & anima mea quam redemisti,

Psal. 4.

2. Tim. 1.

Psal. 141.

misi, gemens pro mora incolatus mei, mente sequitur te ita sancta, ubi tu ipse rex meus & Deus meus manus cum mea carnis substantia. O quam beati qui habitant in domo tua, quam beatissimi qui astant coram melliflua fœcie tua? Verè vere pro tua immensa gloria laudabunt te in secula! O quâdo, quando introibit anima mea admirabilis tabernaculi tui locum, vt cum his beatissimis laudet te os meum: Sanctos, sanctus, sanctus, iucundissime ante facies tuam mellifluam proclamas in æternum? O quam gloriosus es tu Deus meus, quam amabilis, quam laudabilis super sanctum thronum tuæ diuinitatis. Quam delectabile oculis lumen tuum. Quâ beatum videre te sole in verum. Quam speciosa, quam iucunda, quam decora laus tua, ubi tibi adest milium millia. Ibi extra me saliens in te Deum viajari, iâ exultat cor meum & anima. O quanta & qualis gloria tua Deus meus, dulcedo mea sancta, ante thronum sanctum regni tui, ubi te laudant omnes angeli & sancti tui. Ecce iam languet & deficit anima mea præ huius vite tandem, & toto corde dissolui & tecum esse cupio: vt & ego omnium creaturarum tuarum peripscia, inter illa beatissima agmina, quæ laudem tuam iubilant super æthera, possim tibi offerre iubilationis holocausta medullata. Ibi super diuini cordis tui altare aureum concremabo tibi charissimum spiritus & animæ meæ incensum, cum adipe suauissimæunctionis tuæ magnæ & multæ dulcedinis, quibus tu ipse pater mihi & domine consolatus es me in omnibus tribulationibus & angustijs meis.

Hic prorumpit in vocem laudis.

Benedic, glorificant, & magnificet te pro me omnia mirabilia opera tua & universa liberalissima dona

Psal. 83.

ibidem.

Psal. 41.

Ezai. 6. &

Apoc. 4.

Dan. 7.

Philip. 1.

Psal. 65.

Psalm. 87. dona tua, quæ habeo ex te ô Deus vitæ meæ. Benedicant te multæ & magnæ miserationes tuæ & misericordie, & infinita beneficia, quibus tu, ô Deus cordis mei, benefecisti animæ meæ. Benedicant te omnia interiora mea, & tota substantia & virtus mea, quia tu es Deus salutis meæ, & susceptor animæ meæ.

Psalm. 53.

Hic iubilabis Domino ante thronum Dei & agni pro omnibus beneficijs suis.

IVbile tibi desideria præcordiorum meorum & vota, & confiteantur tibi multarum gratiarum tuarum munera. Iubilet tibi gemitus miseri incolatus mei & suspiria, & benedicat tibi illa, quæ tu es ipse Deus meus, præstolatio, patientia & expectatio mea longa. Iubilet tibi spes & fiducia, quam habeo ad te, quia tandem de puluere ad te ô vita beatissima Deus meus, reduces me. Iubilet tibi sigillum fidei quo tibi assignasti me, quia credo quod tandem, ô chare redemptor meus, in carne mea te videam. Iubilet tibi desiderium meum quod habeo post te, & sitis quam patior prote, quia post hanc vitam ô vera patria Deus meus: tandem veniam ad te. Amor quoque diuinus, qui amorem meum præueniens obligat me, vt indesinenter amem te, iubilet tibi super omnia, quia tu Deus meus dulcis amor meus, es solus benedictus Deus in secula.

Hic adorabis ante faciem domini Dei tui, orans deuoto corde & ore: ut Iesus suppleat pro te.

Psalm. 65.26

O Quando, quando Iesu amantissime introibo in dominum tuam in holocaustis, vt ibi offeram tibi hostiam vociferationis, & reddam tibi vota mea quæ in tribulatione mea distinxerunt labia mea? O quando,

quando

quando veniam & apparebo ante thronū sanctū tuū, vt videam mellifluum vultum tuum, cuius lumen diuinissimum satiat in se omnium sanctorum desideriū, & corda eorum simul & voces & labia in dulcem convertit iubilum? Eīa ô dilecte votorum meorum intelligentie clamorem meum. Intende orationi meæ, & exaudi me, quia te, ô rex p̄teus & Deus meus, te vocat, te vult, te requirit cordis mei suspirium, & animæ meæ desiderium. Post te stillat oculus meus, & ad te tendit intuitus meus. Tu ipse Deus meus, dulcedo & dilectio mea, spes mea à iuuentute mea: tu ipse es totum hoc quod volo, quod spero, quod cupio. Et nunc o mi dilecte, in illo præualente amore, in quo tu ad dexteram patris residens, in mea carne tibi metipsi in manibus & pedibus simul & in corde tuo dulcissimo inscriptam referuas me, vt in æternum nō obliuiscaris animæ meæ quam redemisti tā care, Deus meus misericordia mea, persolue iam pro me tibi metipsi pro omnibus bonis tuis, quæ fecisti, facis, & facturus es mihi, laudes æternas immensas & incommutabiles, quales tu potes, & in te ipso præualeas, & scis congruere reuerentissime gloriae tuæ, & honori maiestatis tuæ, prorumpens pro me Iesu mi chare in voce in talis ac tantæ gratiarum actionis, qualis te decet domine mi valde magne & mirabilis, laudans te in te, in me, & pro me in tota virtute tuæ diuinitatis, in toto affectu tuæ humanitatis, ex parte *Ioan. 14.7* te & affectu totius vniuersitatis, donec me atomum vniuersæ creaturæ tuæ, per te, qui via es, conducas, & ad te, qui veritas es, perducas, & in te, qui vita es, introducas & abscondas, vt sit pars mea in æternum tua plena gratiarum prædulcis facies,

Hic

Pro. 32.

Psalm. 5.

1ob. 16.

Psalm. 70.

Psalm. 48.

Psalm. 48.

IN SINVAT. DIVINÆ

*Hic quasi in admiratione gloriae Dei delectata & refecta,
saluta Deum amatorem tuum cum his verbis leges. Psalmum cxlicum.*

Psal. i.44

Exaltabo te Deus meus rex, &c.

R Ex meus & Deus meus, amor meus & gaudiū, tibi iubilat anima mea & cor meū. Te vitā animē meę Deū meū, Deū viuu & verum, sōtē sempiternorū lumenū (cuius mellifluę faciei lumē super me indignā est signatū) te salutare, laudare, magnificare & benedicere desiderat cor meū, & medullam viriū & sensuū meorum tibi offero in nouæ laudationis & intimæ gratiarum actionis holocaustum. Et quid retribuam tibi domine mi pro omnibus bonis tuis quæ retribuisti mihi? Ecce vt video, super gloriam tuam dilexisti me, nec tibi metipsi pepercisti propter me, & ad hoc creasti me a te, & tibi redemisti & elegistime, vt ad te meti plū perducas me, & dones beatē viuere in te, & in æternū fœlicissimē perfri te. Quid enim m̄hi nunc à te est in cœlo, aut quid vltrā de omnibus bonis tuis præter te vel volo vel cupio? Tu es domine mi sp̄s mea, tu gloria, tu gaudium, tu beatitudo mea. Tu es fītis spiritus mei. Tu vita animæ meæ. Tu iubilus cordis mei. Quò me super te Deus meus mea ducet admiratio? Tu es totius boni initium & consummatio, & sicut omiuū si mul. lxtantiam in te est habitatio. Tu es laus mei cordis & oris.

Psal. 4.

Psal. 115. Exaltabo te Deus meus rex, &c.

Psal. 72. Exaltabo te Deus meus rex, &c.

Psal. 86. Exaltabo te Deus meus rex, &c.

Hic

PIETATIS EXERCITIA.

35

Hic benedicas domino Deo regi tuo magno, pro omnibus miserationibus suis.

B Enedicat tē pro me, gloriosum & admirabile lumen tuum Deus meus, & laudet te præstantissimę maiestatis tuæ imperiale decus. Benedicat te immensæ gloriæ tuæ dignissimus apparatus, & laudet te infinitę potentiaę tuæ præclarissima virtus. Benedicat te æternę claritatis tuę principale iubar, & laudet te præfulgidi decoris tui rutilas amœnitas. Benedicat te iustorum iudiciorum tuorum abyssus, & laudet te æternæ sapientiæ tuæ inscrutabilis circuitus. Benedicat te multarum miserationum tuarum infinitus numerus, & laudet te omnium misericordiarum tuarum immensum pōdus.

Hic offer domino hostiam iubilationis, dicens devote:

I Vbilet tibi omnia pietatis tuæ viscera, & infinitaę bonitatis superabundans copia. Iubilet tibi tua nimis magna & supereffluens (quam ad homines habes) charitas, & tui benignissimi amoris incontinentissima liberalitas. Iubilet tibi tuæ supereffluētis dulcedinis triumphalis fortitudo, & totius beatitudinis quę in te charis tuis manet plenitudo.

Hic adora dominum Deum, ut introducat te in tabernaculum suum sanctum, & laudet se ipsum pro te, dicens haec verba.:

O Vita beatissima Deus meus, ad quem solum respicit oculus meus. O quando, quando in splendoribus sanctorum me minimam scintillam tuus vitalis retrahet & intrahet radius, vt ante thronum tuum etiam in lingua mea resonet tuæ laudis iubilatio, vbi Deo patri & filio & Spiritui sancto, in uno gratiarum actio-

E nis

nis dulci modulo compar ab omnibus sit laudatio? O quando chorda desiderij mei annexetur illis seraphis fidibus, qui tibi incessanter proclaimant ineffabile Sanctus, vt cordis mei gaudium & iubilus cum his beatissimis coram te consonet in idipsum laudationis genus? O quando me creptam de laqueo venantium, inuoluerit tuę immaculationis vellus niueum, vt videam te speciosum forma prae vultibus angelorum, praeuntem choris virginum & sanctorum, & audiam eterni connubij canticum nouū, quod tu o rex & spōsus eorum, eis tam dulciter citharizans præcinis cantum vbi super omnia cœli cymbala tuæ præclarissime vocis personat gloria, vbi sub tui ipsius laudatione condigna deficit omnis vox & lingua. O quanta & qualis est iubilatio, vbi vni & trino domino ab una & tria deitate consonat summa & æterna vox laudis & gratiarum actio: vbi decorem suum deponens subicit omnis cœli musica, & pennas suas submittit omnis turba seraphica. Eia o Deus cordis mei, & dilecte votorum meorum, ibi ibi in illa sufficientia, quam habes ex tui ipsius plenissima abundantia, pro me indigna, hac hora, in iubilo diuini cordis tui, voci tuę annexe nouum laudis & gratiarum actionis circumflexum, & satisfaciat tibi pro me tuę iubilationis organum, pro omni bono quod mihi fecisti in creatione, in redemptione, in electione de mudo. Eia & in illo laudationis circumflexu include amorem meum in te, tam individuo dilectionis nexu, vt medulla cordis mei indefessè inbulet tibi, in omni sustinentia miseri iniquitatis mei, semper laudem tuam sitiens, & ad te qui creasti me redire cupiens, quo usque deposita corporis mole,

mole, in sancto appaream coram te: vbi in aspectu diuinissimi vultus tui repleatur gaudio cor meum, & lingua mea iubilatione: vbi in perpetuum de tua exultem bonitate, & glorier de mellifluæ faciei tuæ sempiterna fruitione, Amen.

Hic quasi penè liquefacta & exanimata super imminutate diuitiarum & delitarum gloriae Dei tui, super inestimabili pulchritudine laudis eius, super gloria assistentia eius, & super melliflui specie splendidissimi & gloriofissimi vultus eius, omnes creaturas ad laudem Dei inuita cum hymno:

Benedicte omnia opera domini, & oratione.

C Or meum & caro mea exultaerunt in te Deum viuum, & anima mea lætata est in te verum salutare meum. O quam admirabile est templum tuum domine rex virtutum: quam gloriosus locus habitationis tuę, vbi tu Deus altissimus super omnia presides in tua maiestate. Concupiscit & deficit virtus animæ meę, super introitum gloriae tuæ. Deus Deus meus, cordis mei amor & iubilus, refugium & virtus, gloria mea & laus mea Deus, o quād laudabit te anima mea in ecclesia sanctorum? O quando oculi mei videbunt te Deum meum Deum deorum? Deus cordis mei, o quando lætificabis me visu tuæ mellifluæ faciei? O quando tribues mihi desiderium animæ meę, in manifestatione glorię tuę? Deus meus portio mea electissima, fortitudo & gloria mea. O quando introibo in potentias tuas, vt videam virtutem tuam & gloriam tuam? O quando indues me pallio laudis pro spiritu mœroris, vt simul cum angelis omnia membra mea tibi reddat.

hostiam vociferationis? Deus vitæ meæ, ô quando introibo in tabernaculum gloriæ tuæ , vt & ego proclamem tibi Alleluia splendidissimū, & coram omnibus sanctis tuis confiteatur tibi anima mea & cor meū, quia magnificasti misericordias tuas mecum ? Deus meus præclara hæreditas mea , ô quando contrito laqueo mortis huius , sine medio videbit & laudabit te vniæ mea ? O quando inabitabo in tabernaculo tuo in secula , vt laudem nomen tuum assidue , & hymnum nouum dicam magnificentiæ tuæ super multitudine misericordiæ tuæ? Non est similis tui in dijs domine mi , & non est comparatio altitudinis divitiarum admirabilis gloriæ tuæ, Quis inuestigabit abyssum sapientiæ tuæ, & quis dinumerabit infinitos thesauros copiosissimæ misericordiæ tuæ? Verè non est tantus, non est talis, vt tu Deus meus rex immortalis. Quis explicabit gloriam tuæ maiestatis? Quis saturari poterit visu tuæ claritatis ? Quomodo sufficiet oculus visu , vel auris auditu,super admiratione gloriæ tui vultus? Deus Deus meus, tu solus admirabilis es & glriosus. Tu solus magnus & laudabilis , solus dulcis & amabilis, solus pulcher & amoenus , solus speciosus & delicijs plenus, solus tantus & talis , cui in omni gloria cœli & terræ, non inuenitur æqualis. Lumen tuum admirabile, cordi meo super omnem gloriam est amabile , quod solū meum potest læticare spiritum, & vitæ huius ædiam commutare in exultationem & gaudium. O quādo animæ meæ lucernam inextinguibiliter illuminabis, & reaccendes in te , vt sicut cognita sum , cognoscam me in te? O quām foelix , quām beatus, quem iam in se absconditū seruat gloria tui vultus! O quādo & me indignam

indignam ille dulcissimus absorbebit radius, vt tecum vnuſ amor fiā & spiritus? Omnia interiora mea dicūt tibi, Domine quisimilis tui? Verè non habes comparē in gloria, quia tu solus Deus glriosus & superexaltatus in secula. O quando de puluere eriges paupcrem, vt assistam ante tuam regalem faciem, pro cinere dans mihi coronam perennis gaudij , vt in voce sempiterni iubili, anima mea laudem reddat tibi pro omnibus bonis quæ gratuité tribusti mihi ? Iam ad te æstuat anima mea & cor meum , Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum. In te exultat spiritus meus, ô Deus salvatoris meus. Si in potestate nica esset omnis creatura, omnes in tuæ laudis gloria adunarem, & omnia digitorum tuorum præclara opera. In tuæ laudis memoria, iam liqueſcit spiritus meus & anima. Si haberem omnium angelorum & hominū vires, has in tua laude prōnihil expenderem libens , vt daretur mihi copia videnti qualia sint ante thronum sanctum tuum laudis præconia & votiva gaudia , vbi salbatizas tu & arca sanctificationis tuæ tecū requie beatissima, vbi tibi milles millena millia astat , die nocti que Santus , santus, sanctus, in cessanter proclaimatiā. Ibi ibi in diuini cordis tui aureum thuribulum (quo ad ludetum iugiter concrematur æterni amoris thymiana suauissimum) iacto & ego granum cordis minutissimum , concupiscentis & desiderans, vt & illud meum vile & indignum, per spiritus tui afflatum vehementer vivificatum, transcat in vnum tuæ laudis cremum, & illa longa quæ de abyssis terræ post te traho suspiria, pro diuturna expectatione mea, tibi sint laus perennis & gloria, Amen,

Tunc quasi spiritu & anima in laudem Dei gestiens , nec inueniens verba dignitati eius congrua, ora dominum Iesum amatorē tuū, vt ipse semetipsum glorificet pro te, tali ac tāta laude sicut eū decet, sicut ei placet, & sicut ipse laudari maximē delectatur, dicēs deuoto corde & ore:

Benedicat te Deus meus o dulcedo mea, sancta diuinitatis tua gloria, qua implere & inhabitare dignatus es nouem mensibus casta Mariæ virginis viscera. Benedicat te diuinitatis tuae virtus altissima, quæ se inclinavit ad virginem vallis humilia. Benedicat te artificiosissima omnipotētia tua Deus altissime, qua indidisti virginem rosæ tantam virtutem, speciem & decorē, quam tu ipse potuisti concupiscere. Benedicat te tua ad mirabilis sapientia, cuius copiosa effecit gratia, vt omnis vita Mariæ & corpus simul & anima, fieret tuę dignitati congrua. Benedicat te amor tuus fortis, sapiens & dulcissimus, qui effecit vt tu virginitatis flos & sponsus, fieres virginis filius. Benedicat te exinanitio tuae maiestatis, quæ mihi acquisiuit thesauros æternæ hæreditatis. Benedicat te assumptio nostræ humanitatis, quæ me vocauit ad consortium tuae diuinitatis. Benedicat te exilium, quod triginta tribus annis perpulsus es pro me, vt animam meam (quæ perierat) reduce res ad fontem vitæ æternæ. Benedicant te omnes humanitatistue labores, dolores, & sudores, quibus sanctificasti omnes meas angustias, pressuras, & languores. Benedicat te experientia meæ misericordie, vnde tu factus es mihi pater multe misericordiæ, & Deus infinitæ clemētiae. Benedicat te dilectio tua copiosa, per quam tu ipse factus es animæ meæ redemptio preciosa. Benedicant te omnes & singulæ preciosissimi sanguinis tui guttæ

guttæ, quibus vivificasti animam meam, & tam carē redemisti me. Benedicat te amaritudo tuæ preciosæ mortis, quam tibi pro me intulit amor fortis, cuius iure non confundor mihi usurpare de te, quicquid mihi in meritis deest ex me, & præsumere & scire, quod vere de me est tibi curę, cum tu sis meus, & ego tua sim, propriæ acquisitionis perpetuo iure. Benedicat te pro me tua triumphalis gloria, per quam tu in carne mea ad dexteram patris sedes Deus benedictus in secula. Benedicat te tui ipsius claritas, honor & virtus, qua mirabiliter repletur & pascitur omnis cœlestis exercitus.

Hic quæ si tota adhærens Deo amatori tuo, ora dominum ut ipse cum predilecta genitrice sua Virgine Maria, & cum omni militia cœli sibi metipsi offrat hostiam iubilationis, in festiva hilaritate iucundissimi amoris sui, & ipse dulcissimus cithare da primus psallat in organo suæ diuinitatis, & in cithara suæ humanitatis, dicens hæc verba corde & ore:

IUbilet tibi pro me Deus vitæ meæ, tua imperialistri nitatis diuinitas, essentialis unitas, personalis proprietas, dulcis societas, mutua & intima familiaritas. Iubilet tibi tua incomprehensibilis dignitatis sublimitas, incommutabilis æternitas, incontaminabilis puritas, fontalis sanctitas, gloriosaque & perfecta scelicitas. Iubilet tibi humanitatis tuae caro mundissima, in qua tu emundasti me, factus es ex ossibus meis, & caro de carne mea. Iubilet tibi anima tua præclarissima, preciosissimum pignus, quo mea redempta est anima. Iubilet tibi tuum mellifluū deificatum cor, quod in morte pro me rupit amor. Iubilet tibi tuum benignissimum & fidelissimum cor, in quo lancea mihiviam

fecit, vt intrans inibi repauset meū cor. Iubilet tibi hoc cor dulcissimum, incolatus mei vnicū refugiū quod tā piē semper est de me sollicitum, nec vñquam quiescit in siti post me, donec me perpetuē recipiat ad se. Iubilet tibi pro me gloriosissimę. Virginis matris Mariae dignissimum cor & anima, quam tibi in matrem elegisti pro meæ salutis indigentia, vt mihi semper eius materna pateat clementia. Iubilet tibi tua fidelissima (quæ tibi de me est) cura, in qua tu prouidisti mihi tantam ac taalem aduocatam & patronam, per quam tuam facili- mē possim inuenire gratiam, & in qua fiducialiter credo mihi tuam æternam seruari misericordiam. Iubilet tibi hoc admirabile tabernaculum gloriæ tuæ, quod solum tibi ministravit digne sancta in habitatione, per quod tu tibi metipsi optimē potes supplere pro me modum laudis & gloriæ quæ tibi debetur ex me. Iubilent tibi pro me septem spiritus gloriosi, qui tibi astant ante conspectum tui throni. Iubilent tibi infinita castra sanctorum angelorum, quos tu mittis in ministerium propter acquisitionis tuæ genus electum. Iubilent tibi viginti quatuor seniores cum omnibus patriarchis & prophetis, qui cum depositione coronarum suarum precidunt ante thronum tuum, in citharis tibi reddentes infinitas laudes & gratiarum actiones. Iubilent tibi sancta quatuor pennata animalia, quorum omnia viscera sunt die noctuque laudem tuam eructantia. Iubilet tibi amicissimorum fratrum tuorum apostolica dignitas, quorum suffragijs sancta ecclesiam tuam mirabiliter sustentas. Iubilet tibi victoriosa martyrum turba, quorum schola preciosissimo sanguine tuo est purpurata. Iubilet tibi confessorum agmē perfec-

perfectissimum, quorum spiritum tu transstalisti in admirabile lumen tuum. Iubilet tibi omnis sancta & immaculata virginitas, quam vñ tecum ornat vnius nivæ puritatis claritas. Iubilet tibi pro me hoc nouū canticum quod resonat in ore eorun, quando quounque ieris sequuntur te Iesu bone rex & sponsus virginum. Iubilet tibi pro me medulla diuinitatis tuæ & adeps dulcedinis, quo saturatur & impinguatur Ierusalem cœlestis, in diuini vultus tui splendore. Iubilet tibi omnis electorum tuorum exercitus, pars hereditatis tuæ & peculiaris populus, quia ipsi tecum & tu cum eis in æternum es eorum Deus. Iubilent tibi omnia cœli sidera, quæ tibi lucent cum lætitia, & ad imperium tuum vocata, tibi assunt semper parata. Iubilent tibi vniuersa mirabilia operata, quæcunque cœli, terræ, abyssi que complectitur circumferentia, & laudem dicant tibi illam perpetuam, quæ à te exiens, in te refluit suam originem. Iubilet tibi cor meum & anima, cū tota carnis & spiritus substantia, ex totius vniuersitatis efficacia. Tibi ergo ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, tibi soli honor & gloria in secula, Amen.

Tunc quasi aliqualiter refecta laude Dei tui regis tui qui est in sancto, iam dilatato corde assurge ad delitandum in Deo amatore tuo, iactans in eum omnem amorem cordis tui, vt ipse enutriat te hinc in benedictionibus suæ dulcedinis, & ibi perducat te ad benedictionem plenitudinis suæ perpetuæ fruitionis. Et hoc his verbis:

DEUS Deus meus, quia tu es meus, nihil mihi deest. Et quia ego tua sum, in te Deo salutari in eo gloriarob in æternum. Tu in omni mea tristitia, votiva mihi in te paras conuiua. Et ubi est animæ meæ be- ne?

ne, nisi in te o Deus vita meæ? Si sic dulcis est in hac miseria, tuæ laudis memoria, quid erit Deus meus, cùm in Splendore diuinitatis tuæ apparuerit gloria tua? Si sic reficiunt tuæ prægustationis stillicidia, quid erit o dulcedo sancta, cùm dabitur mihi tui copia? Si consolatio tua replet hunc in bonis desiderium meum, quid erit cùm in te o Deus salutis meæ, absorbueris spiritum meum? O quanta & qualia erunt intima tuæ mellifluæ faciei pascua, cùm hinc heu rara hora & parua mora in loco pascuæ tuarum dulcedinum collocata, sic in te liquefacta mea transeat anima? O qualis erit refectione in tui diuinæ vultus præsentia, cum hinc super aquas tuæ internæ refectionis tam iucundè, tam suauiter nutritur spiritus & animæ medulla? Deus Deus meus, cù tu animam meam conuerteris ad te, non finis me quicquam cogitare vel sentire præter te, & me metipsum aufers mihi in te, vt nulla possit mihi esse cura de me, quia à me in te abscondis me. Et quid tunc erit gaudij, quid exultationis, quid iubili, cùm aperueris mihi tuæ diuinitatis decorum, & anima mea videbit te facie ad faciem? Certe nunc nil ultra libebit, nisi vacare & videre gloriam tuam Deus, & circuire meæ reconciliationis altare, animæ meæ medullam tibi immolare in iubilatione & laude. Tunc o anima mea videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudine diuinarum, delitarum & apparatus gloriæ magni maris totius semper venerande Trinitatis: cum venerit tibi fortitudo gentium, quas rex regum & dominus dominatum in manu fortis redemit, ubi de manu inimici: cum operiet te inundatio misericordiæ & charitatis diuinæ omnipotentia,

tentiæ, sapientiæ & bonitatis, cum sorte æternæ adoptionis. Tunc venient tibi calix visionis & inebriaberis, calix inebrians & præclarus gloriæ diuini vultus, & torrente diuinæ voluptatis potaberis, cùm ipse fons luminis reficiet te æternaliter. suæ plenitudinis in delitijs. Tunc videlis cœlos inhabitacionis gloriæ Dei plenos, & illud virgineum lumen, quod post Deum totum illuminat cœlum mundissimi luminis sui claritate, & mirabilia opera digitorum Dei, & astra matutina quæ semper tam iucundè astant ante faciem Dei, ministrantes ei. O Deus cordis mei & portio mea eleetissime, heu heu quandiu, quandiu frustratur anima mea tui dulcissimi vultus præsentia? Tibi soli est sufficiëter agnita tota mei miseriæ incolatus (quæ tu scis quæ fragilis sit materia, quanta & qualis sit exilij in quo viuo miseria. Eia o dilectæ votorum meorum, ad te sitiunt intima præcordiorum meorum. Eia cito fac me peruenire ad te Deum fontem viuum, vt in te vitam æternam hauriam in perpetuum. Eia cito illustra faciem tuam super me, vt letanter facie ad faciem videant te. Eia cito ostende mihi te ipsum, vt fœliciter gaudem de te in æternum. Eia eia o vita spiritus mei, tu claram morem desiderij mei transfer, & coiunge in una voce psalterij festiui amoris tui, & sic appropria vitam meam, & amor tuus adglutina animam meam, vt omnis vita & acti, mea tibi laudem cantet in psalterio de cœchordo, & tota intentio mea tibi virtute incipiat, per ambulet, & terminetur in te o vera animæ meæ vita. Eia & eia o cordis mei amor verus, tu tibi metipsi pro me hac hora persolue tam solenne & tam præclarum laudis & gratiarum actionis decus, cui coiubilet omnis ordo

ordo cœlicus, pro illo permaximo & dulcissimo bono quod tu ipse mihi es Deus meus, & quod à me omnium creaturarum tuarum peripsemate dignaris agnoscere, amari & laudari, quia tu Deus salutaris meus es tota causa salutis meæ, & vita animæ meæ. Eia & in illo laudationis decore, exiguam spiritus mei medullam in te expendat anima mea, tuę laudis liqueficens in amore, quo usque spiritus meus fœliciter ad te redeat Deo. Eia & in hac vita fac me sic delectari in tua laudis memoria: vt in hora meæ mortis te videndi, te laudandi, & tecum essendi sitis & amor fortis, in me superret vim mortis, & tu ipse in illa angustia mihi sis porta & patria, quo usque me perducas ad intima coelestis viæ gaudia, vt in æternum in te exultet spiritus meus & anima, Amen.

Deinde quasi turtur solitaria præ audiatur videndi mellifluam faciem dilecti, deficiens præ tædio ritæ huius, submittens alas desideriorum tuorum cum sanctis animabus ante thronum Dei: profitere coram domino Deo tuo, quod eorū totum ibi sit ubi ipse est desiderabilis thesaurus tuus, & pete ab eo fœlicem exitum,

Cor meum hæsit, ubi Iesus vita mea vult. Eia Iesu dilecte præ omnibus dilectis, tu es animæ meæ vita fidelis. Tu es totus langor meæ animæ, te solum sicut cor meum intimè. Tua delitiosa beatitudo, tua mirabilis pulchritudo, tua honorabilis effigies, tua amabilis species, infixit mihi vulnus persuauere, quo lucem huius mundi videre sit mihi graue. Me tædet mihi ipius. Quandiu quandiu expectabo o dilecte mihi, tui fruitionem, & amabilis faciei tua contemplationem? Tu es animæ meæ sitis. Cœlū, terra & omnia quæ in eis sunt,

sunt, sine te sunt mihi velut gelidum hybernale, Tua amabilis facies est mihi sola consolatio & solatium vernale. Eia amor amor, quando à te hoc munere donabor, vt corpus meum te perimere redeat in puluerem, & anima mea refluat in te Deum suam viuam originem? Purissimæ tuae diuinæ effluxiones, quæ tam amabiliter deiformibus radijs suis ex supremo throno splendent, totum spiritum meum valde comprehendunt. Quid amplius expectabit foliculum arboris, intam valida tempestate seculi huius? Eia amor amor, tene me potenti dextera tua, ne in ea submergatur anima mea. Dulcis sonitus aquæ viæ scaturientis ex sui ipsius origine, cepit eorū meum validè: ah, nulla vñquam lyra tam dulciter sonuit. Vita ista mihi quasi somnium viluit. Quandiu, quandiu illusionem eius patiar? Eia amor amor, ne vñquam soluas me à tuo vinculo, donec præsentes me cordis mei dilecto vñco, in sinu eius dulcissimo. Dulcis odor fructus vitalis, qui tu ipse es mihi dilecte specialis, abduxit à me spiritum meum, vt mihi corpus putridum fateat velut sterquilinum, vnde nunquam cessat meum ad te susprium. Eia amor amor, quando vis me soluere à corpore, vt cordis mei dilecto perfruar sine medio, & cum eo maneam sine termino? Vnicus tuae diuinitatis radius, per humanitatem tuam mihi præstitus, lætitificat spiritum meum mirabiliter, vt mille corpora si haberem, contemnerem velociter. Quæ tunc putas latent delitie in fruitione tuae claritatis perspicuae? Mille mortes pro nihilo ducerem, si liceret contemplari veritatis tuae dulcedinem. Eia amor amor, factu mecum misericorditer, & tolle me velociter ad festinatatem inclitam

in qua fidelis saluatoris sp̄s̄l̄ mei contempler gloriā.
 Plenitudo diuinitatis tuę sola potest satiare meam animam, quam ad te dignatus es creare. Vnica gutta dulcediniſ tūx imbibitę, rapit spiritum m̄cum ita valide, vt pro omni vita mors mihi saperet intimē, quō faciem tuam contemplari possem continuē. Eia amor amor, quando animam meam ita separabis á corpore, vt spiritus meus in te mihi charissimo habitet assidue? Amabilis amplexus tuus sapit ita dulciter, vt si mille mihi essent corda, liqueſcerēt velociter. Viuida deosculatio tua submergit in te meam vitam, & astringit tibi fortiter meam mentem. Quam libenter, quām libenter flerem exanimis, vt perfectē penetrarem flumentuę diuinitatis. Eia amor amor, o vtinam in me perficias tuas festiuas nuptias, vt anima mea crepta ex valle miserię, velut gutta in suo mari absorbeatur in sua origine. Eia Iesu dulcissime, cordis mei dilectissime, supra omne quod amari potest & electe vnicē, sis tu dux̄tor meus in hac miseria, vt in tua laude dies meos concludam, & in tua gratia & amicitia vitam meam beneſiām. Eia Iesu dulcis amor, sis tu pauperi ſponsę tuę refugium, quę sine te nihil habet proprium, nec vllum bonum. In mari magno huius ſeculi ſis ei directio, & in horrida mortis tempeſtate conſolatio. Prebe mihi manum tuaę pietatis, & ſis ipſe baculus meę fortitudinis, cui innitar ita firmiter o dulcis liberator meę animę, vt ad nihilum redigantur á facie tuę potentię, omnes inimicorum meorum fraudes & inſolentię. Eia Iesu mi fidelis amice, tuę largifluę misericordię abyssus ſit mihi ſinus tutissimus, per quem effugiam omnium inimicorum meorum horribilem inſultus.

Et

Et tu ipſe ſis mihi tunc meum tutum aſylum, cui gaudens inſiliā ex captiuitate malorum omnium. Eia Iesu dulcis ſpes mea, cor tuū deificum, mei amore ruptum, quod omnibus peccatoribus ſine intermissione eſt apertum, ſit animaę meę ex corpore ſuo primū refugium, vbi per infiniti amoris tui abyſſum, in momen- to abſorbeatur totum meum dilectum, vt cœleſtē cho- ream ſtecu o dilecte cordis mei intrem non habens obſtaculum. Eia Iesu ſalus mea vnicā, ſaluator meus & Deus meus, mitte mihi in extremis meis fidelem adiutricem Mariam matrem tuam amabilem, maris ſtellā inclytam, vt in conſpectu rutilantis aurorę eius glorioſę faciei agnoscam te ſolem iuſtitię, pertui luminis cla- ritatē appropinquare animę meę. Eia dilecte pre omnibus dilectis, tu ſeis ſecondis mei deſiderium: nam tu foluſes animę meę ſuſpirium. Eia ergo veni citius, vt co- ram amabili vultu tuo dolores cordis mei obliuiscar penitus. Eia amor amor, horam exitus mei obſerua, & tuo ſigillo conſigna, vt ſub tua fida cuſtodia, ex tua (cui ſoli innitor) bonitate nimia, nihil mihi nocere poſſit in anima. Oſtendę in exitu meo ita efficaciter tuam dulcem ſapientiam, & conforfa meam miferam animam, vt in eternum in ea refulgeat miferatio ni- mia: quam tu rex incly tus, in vita pariter & morte mea, per te ipsum es operatus in ea. Conſume tunc omnes vires meas in virtute tua, & ſubmerge me in deita- tis abyſſum pro misericordia tua, vbi me ſatiet refocil- let & impeleat Iesu dilecti cordis mei amabilis facies in gloria tua, Amen.

Hic

Hic iterum commendat Deo exitum tuum, & finem vita
tuæ, ut ipse cooperator tuus sit in omnibus, & finem vi-
tae tue ordinet & disponat secundum suam misericordi-
am, dicens hanc orationem:

Deus meus & Dominus meus, dulcis creator & Re-
demptor meus, in quem solum sperauit cor meum,
in quem credidi, quem confessum ò vernans flos di-
uinatis, resperge me rore tuæ floridissimæ humanita-
tis: ut in filicidijs tuæ sancte charitatis & dulcedinis le-
tetur anima mea, obliuiscens huius exilij mala, & ger-
minas incrementa omnium virtutum in te ò principali-
lis gemma & flos virtutum, tecum incolatum huius mi-
sericordie æqua nititer ferens, & in omnibus tribulationi-
bus & angustijs patienter agens. Deus meus rex meus,
quies in sancto, in quo abscondita est vita mea cum Ie-
su meo, ecce castæ delitiæ tuæ inundauerunt super me.
Iam in te à me perij, & viuens interij. Et nūc quo ibo
abs te? Et in cœlo & in terra iam non noui quicquam
abs te. Deus meus laus Israel, qui habitas in sancto, in
quo sum, moueor, & viuo: in te solo confido. In te dilata-
tum est cor meum, quia tu es totum & solum gaudiū
meum, & omne desiderium meum. Tuq; lucis radius ex
pergefecit dormientem spiritum meum. O quando ab
forbebitur anima mea in tuæ dulcissimæ sempernæ
que fruitionis vitalem fluuum? O quando rapiet spiri-
tum meum tui amoris diluvium, & reddet me tibi ad
videndum vultum tuum mellifluum? Deus vita meæ,
& auctor salutis meæ, & susceptor animæ meæ, sine
quo nihil sum, nec scio, nec possum, nec valeo, ad quæ
solum spero, ad quem venire desidero, cuius vita fluen-

tem

tem delitosissimam faciem videre, cui in æternum inseparabiliter adhærere cupio, toto corde, tota anima,
tota virtute. Eia tu esse meum & vitam meam in tui
solius consecra laudem & gloriam, ut in omnibus cogitationibus, verbis, operibus, & animi motibus semper
laudet & glorificet te animæ meæ medulla, & tota corporis mei virtus & substantia, charitate & dilectione plenissima. Hoc ipsum quod anima mea in
carcere corporis huius incola est, multum desiderans,
æstuans & anhelans ad te Deum fontem viuum, &
quod misera est in hoc incolatu, ignorans introitum
meum & exitum: & hoc solum quod tu pater misericordiarum non despicias nec derelinquis opus manuum
tuarum: hoc moueat super me tuæ miserationis abyssum, vt eisdem visceribus misericordie meum respi-
cias incolatum, quibus mihi compassus es, cum trignita tribus annis hoc idem exilium experiri dignatus es,
& sicut mei misertus es, quando in acquisitione mei
in cruce, cor tuum dulcissimum præ amore est ru-
ptum. Eia ò animæ meæ vita beatissima, tu in omnibus temptationibus meis sis triumphus & victoria mea,
in omnibus infirmitatibus patientia mea, in omni tri-
bulatione consolatio mea: in omni cogitatu, verbo &
opere, tota intentio, initium finis & consummatio
mea: in omni vita mea, sanctificatio mea: in longani-
mitate expectationis meæ usque ad finem boni certaminis
perseuerantia mea. Eia ò præclara hereditas
mea, & animæ meæ pars optima: ad quem solum tendit
mea expectatio & spes mea, tu in exitus mei hora
dispone & ordina omnia mea in tua pietate & clemen-
tia, ut tuæ preciosæ crucis vexillum, sit mihi tunc con-

F tra

tra omnes insidias satanæ præsidium firmissimum: & victoriosę passionis tuæ arimā præclarissima, clavi simul & lancea, sīnt mihi contra mille fraudes eius tela tutissimia: vt triumphali & amorosa morte tuā circuallata, & acquisitione preciosi sanguinis tui signata, te duce & viatico, per angustum mortis foramen transam secura. Et tunc ne derelinquas me salus mea, sed appareas mihi in tua charitate, pietate & misericordia, vt facie ad facié videā te Deū amatorē meum qui creasti me ad te. Ibi o susceptor animæ meæ Iesu chare, in speculo manifestæ contemplationis tuæ ostende mihi diuinitatis tuæ gloriā, vt laude tua iucunda & splendida repleatur spiritus meus & anima, & in æternum gaudeat cor meum in te o dulce salutare meum. Et vñica mea quam redemisti, exultet in bonis domus tuæ, impinguata fruitionis mellifluæ faciei tuæ medullato adipe, lætata & iucundata vehementer super infinitis insidijs, & laqueis diaboli carnis & mūdi & mortis angustijs, quæ euasit, & super te o portio mea dulcissima & vita iucundissima quam possidebit, vbi tu in me, & ego in te, amore æterno tibi adherens indiuidue, super omnibus bonis quæ fecisti mihi, laudem nomen tuum assidue, quia tu es Deus vitæ meæ, redemptor & amator animæ meæ.

*Hic postula à domino benedictionem & confirmationem
sui amoris, quoisque peruenias ad eius visionem.*

O Amor vniuersi Deus cordis mei, amor laus & iubilatio spiritus mei. Rex meus & Deus meus. Dilige mi ex milibus electe. Sponse iucundissime animæ meæ. Domine rex virtutum, quem solū diligat, affectat & desiderat cor meū. Eia o amor Deus, tu ipse interim sis

sis mihi dos benedictione diuinę dulcediniis plenus. Tibi vno spiritu, vno flatu, vna volūtate, vna charitate, meus adh̄ereat spiritus, quoisque tecū in æternum fiat vnu spiritus. Tu ipse amor igneus sis mihi benedictio efficax & viua, dulcis & incētua, in hac peregrinatio-ne mea, vt anima mea, & omnis virtus & substātia mea, inextinguibiliter vt vera scintilla ardeat in tua charitatē flamma. Tu ipse o amor viuens, mihi sis benedictio consummans & perficiens, & animam meam tibi metip̄si dignam sponsam obuiam exhibens, vt omnis vita mea in tua charitate ordinata: & mors mea in te (o vita mea beatissima) fidei, spei & charitatis viuacitatem plenè consummata, & omnibus ecclesiasticis sacramentis dignè præparata: omnibus viribus meis in tuo seruitio adnihilatis, & visceribus medullis que omnibus in tuo amore arefactis: anima mea, relicta corporis sarcina, te o dulcis amator meus, sequatur læta, secura & libera, vsque ad sanctæ trinitatis intima pinguis & speciosa, vbi omnia peccata mea in tua pietate remisa, & vniuersa delicta mea charitate tua inæstimabiliter cooperata, vita mea deperdita cum vniuersis ruinis suis per te (o amor diues) cum Iesu mei conuersatione perfectissima instaurata: hincque prætædio huius vitæ anima mea languens & tabescens, ibi in te o amor vitalis iuuenescens, & vt aquila renouata, exultet hilarescens, & lætabunda super facie tua melliflua, sicut qui inuenit, & iam tenens apprehendit vitę eternam infinita gaudia, quæ possidebit in te in æternū o amor Deus, Amen.

IN SINVAT. DIVINÆ
EXERCITIVM S V P P L E T I O -
nis pro peccatis. Et præparatio
ad mortem.

Nota, quod in his exercitijs amans anima Deo vnicē dilectō
suo d. t varijs nominis, eumque s̄e p̄ius nūcupat amore,
ſpiſtiam, veritatem, pacem &c. Hoc ausu intimæ fa-
miliaritatis facit. Aliud ergo nil cogitetur in his
verbis, quam Deus ipse, cui per has virtutes suauiter
bluditur: & varijs eum appellat nominibus, vt aman-
tium moris est. Ipse etiam verē est amor, misericordia,
veritas, iustitia, pax, ſipientia, perſuerantia. Et quic-
quid huiusmodi dignè Deo attribui potest, aliud in eo nō
est, qdām ipsa ſu diuina ſimplex effentia. Cūm tibi pla-
cuerit celebrare diem ſuppletionis, ad singulas ſeptem
horas temetipsim totum intra te colligas, vt poſbis ha-
bere colloquium cum amore: destinando ipsum pro te ad
patrem misericordiarum, quaſi ad placandum eum: vt
ex theſeuro paſſionis filij ſui dimittat tibi omne debi-
tum tuum vsque ad nouiſſimum negligentie punctum,
vt in fine tuo ſecura fias, quod tibi omnia peccata tua
ſint plenē dimitti. Et primo ad Matutinas legas pri-
mum verſum de hymno, Amorem ſensuſ. hoc addendo.

Tua te cogat pietas, vt mala noſtra ſuperes, parcen-
do: & me indignam voti cōpotein, in hora mortis abſ-
que impedimento tuo dulcissimo vultu ſaties, vt mihi
in te ſit perpetua requies.

Et ſic cum misericordia & amore patrem placabis his ver-
bis, dicens corde & ore:

O Dulcis Dei misericordia, plena pietate & clemen-
tia, ecce ego misera in cordis mei dolore & angu-
ſia,

ſtia, ad tua pia confugio conſilia, quia tu es tota ſpes
mea & fiducia. Tu nuuquā miserū deſpexiſti. Tu nullū
ſcotidiffimū peccatorē repuliſti. Tu nullū ad te conſu-
giētē abieciſti. Tu nūquā aliquē in anguſtis poſtuſi
ne miſeratione p̄æteriſti. Tu omni indigenti ſeimper tā
quam mater ſubueniſti. Tu omnibus te inuocatibus ſe
cundū nomē tuūm piē aſtitisti. Eīa & me indignā a te
ne proijcias propter peccata meā, ne me repellas pro-
pter inutilē conuerſationem meam. Nē me despicijas,
ne de me dicas: Vt quid etiam terram occūpat? Sed
ſecundūm quod habes in natura, piē piē nūc cura. Ecce
in ultimā conſtituta meritorum inopia, venio venio ad
illa charitate plena (quae apud te ſunt) pauperum xe-
nodochia, ne ſub dio infœcūdæ vitæ meæ moriar fri-
gore & pluia: ſperans vt dē manu tua largiſluia detur
mihi eleemosyna, per quam reparatione vita mea deper-
ditā. Ibiue ex velleribus multæ miſerationiſ tuæ, nuditi-
tatis meæ calefacias latera: vt ex tua charitate coope-
riantur omnia mea peccata, & ſuppleātur vniuersa ne-
glecta. Eīa aperi mihi tua tutu habitacula: vt ibi ſaluer
tua gratia. Per te mihi ſiat in auxilium pia Dei cha-
ritas, in qua ſola eſt tutu animæ & ſpiritus mei ſani-
tas. Eīa o amor amor, Iesum meum illum tuum regaſ
lem captiuum, diademate miſericordiæ inſignium
quem hac hora in tantā comprehendiſti violentiā: vt
vnā cūm eo tibi propriæ vendicāres bona ejus omnia,
cum illa tua p̄æda nobilissima, ditans ecclœſtia & ter-
reſtria, bonisque replens omnia, ex tui glorioſiſimi
captiui abundantia. Eīa illo chariſſimo ſpolio, illo
tuo milles p̄ædilecto captiuo, vitam meam deperdi-
tam mihi ſedim, & inutilē conuerſationem tuūm
inocuit.

non iam in septuplum, sed in centuplum mihi restitue. Quia et si sola haberem omnium hominum & angelorum vitam, nequaquam possem esse tanti, quanti ille tuus præoptabilis captiuus valet pretij, quātominus cūm sim homo vilis, puluis & cinis? O si mihi datur optio, vt cum Iesu præcordialissimo & me tanti illam captuares, vinculares, & propriē hæreditares: vt de illius diuini captiui confortio & colloquio, fierem de peccatrice, sancta: de inutili, homo verē spiritualis: de inimica, Dei vera amica: de tepida; verē Deum sibi: de sterili & infœcunda, germinans omnium virtutum perfectionem, & totius religionis sanctitatem. Ibi Iesu mi chare, sinus tuæ misericordiæ, sit inclusio captiuitatis meæ. Ibi catena diuini cordis tui, sit vinculum mihi, vt in viui amoris violentia fiam tua perpetua captiua, indiuiduē conglutina tibi, tota viuens & adhærens tibi, vt in æternum nunquam à te valeam separari, Amen.

*Hora prima habeas colloquium cum amore & veritate, ut
ipsis pro te loquentibus: in mortis hora venias ad iudicium
secura; ipsum iudicem tuum Iesum habens pium aduocatum & responsalem. Versus:*

Benigne multum domine. Tuate cogatpietas. *vt supra.*
Et sic incipias Deum placare.

O Chara veritas, o iusta Dei æquitas, quomodo apparco ante faciem tuam, portans iniquitatem meam, reatum deperditionis vitæ meæ, pondus multæ nimis negligentie meæ? Christianæ fidei & spirituæ lis vitæ pecuniam, heu heu non dedi nummularijs charitatis ad mensam: vt tu cum vñuris incrementi totius perfectionis (prout velles) reciperes illam. Talentum temporis

temporis mihi creditum non solū expendi in vacuū: sed & amisī, deprauai & perdidi totum. Quō ido, quō me vertam, & quō à facie tua fugiam? O veritas, tibi sunt indiuidui collaterales, iustitia, & æquitas. Tu in numero, pondere, & mensura iudicas omnia. Quęcunque tu apprehendis, leuas in statera iusta nimis. Væ mihi, & millies vae, si tradar tibi non habens aduocatum respondentem pro me. O charitas, tú alleges pro me. Tu responde pro me. Tu impetra mihi veniam. Tu age meam causam, vt viuani obtui gratiā. Scio quid faciam. Calicem salutaris accipiam. Calice m. Iesu ponam in veritatis stateram vacuam. Sic sic omne quod mihi deest, suppleam. Sic omnia peccata mea cooperiam. Illo calice omnes ruinas meas adimplebo. Illo calice omne imperfectum meum supra condignum supplebo. Eia ô amor, Iesum meum illum tuum regalem vinclum ex commotione viscerum tuę misericordię medullitūs infirmatum (quem tu hac hora cum tanta violentia traxisti ad iudicium, vt ei imponeres totius mundi peccatum, cūm non haberet maculam, nisi tantūm mei amoris causam, & meam quan de eo exigebas culpam) eia illum innocentissimum illum charissimum, amore amoris mei condemnatum, & pro me morti adiudicatum, accipiā hodie à te ô amor chariflime, iudicij mei comité. Da mihi talē obſidem, vt habeam illā totius causę meę præsidē. O chara veritas: sine Iesu meo venire ad te, esset mihi intolerabile: sed cū Iesu meo apparere coram te, iucundum nimis & amabile. O veritas, nunc pro tribunali sedeas: nunc prætoriū introcas, & de me quęcunque placuerit, proferas. Nō timebo mala: scio scio, quod nequaquam confundet

me facies tua, cùm sit mecum magna spes & tota fiducia mea. Vellem scire quam de me nunc dictares sententiæ, cùm Iesum meum mecum habeam, illum charissimum, illum fidelissimum, qui meam sustinuit miseriæ, ut apud te mihi magnam impetraret misericordiam. Iesu mi dulcissime, redemptionis meæ pinguus amabilis, tu mecum venias ad iudicium. Eia stenus simul. Tu sis iudex & adiutor meus. Enarrat quid factus sis pro me, quâd me bene cogitaueris de me, quam carè acquisieris me, vt iustificer ex te. Tu mihi vixisti ne perirem ego. Tu peccata mea portasti. Tu mortuus es pro me, ut in æternū morerer ego. Tu omnia tua mihi contulisti, vt per te diues meriti fierem ego. Eia in mortis hora iudica me secundum illam innocentiam, secundum illam immaculationem, quam mihi contulisti in te, cum omnem debitum meum soluisti per te, iudicatus & condemnatus propter me, vt quæ pauper & inops sum ex me, omnibus bonis abundarem per te.

Hora Tertia ad eas pacem & amorem, ut sensuum tuorum robur & medullæ in æternum domino sit consecrata, & pereat in mortis hora inueniaris Deo plenè reconciliata. Et dicitur:

Causa tibi satag. Tu te cogat pietas. Ut supra,

O Pax Dei, quæ exuperas omnem sensum, suavis & amabilis, dulcis & præstabilis, ubiunque tu veneris, ibi est securitas imperturbabilis. Tu sola potes frenare iram principis. Tu clementia decoras thronum regis. Tu pietate & misericordia clarificas regnum gloriæ imperialis. Eia age causam mei rei & pauperis. Eia sub tuis me recipialis, ut ibi protegar ab imminenti bus malis, quæ timeo pro negligentijs meis multis & magnis.

magnis. Ecce iam creditor stat ad ostium, repctens à me vitæ meæ depositum. Ex agor à me exigit temporis mei tributum, cum quo loqui non est mihi tutum, cum non habeam unde soluam debitum. O pax mea Iesu dulcissime, quousque siles, quousque dissimulas, quousque taces? Eia vel nunc pro me loquere, verbum in charitate dicens. Ego redimam eum. Tu quippe es omnium misericordum refugium. Tu neminem præteris in salutatum. Tu nunquam aliquem ad te consugiætem dimisi sed irreconciliatum. Eia ne pertranscas sine charitate me miserum & desperatum. Redde mihi patrem placatum. Recipe me in tua charitatis gremium. Prebe mihi sanctæ spei haustum aquæ frigidæ, vt possim vivere. O charitas, tu refrigeras lingam meam. Tu recreas in opia spiritus iam penè deficiëtem animam meam. Eia o amor amor, Iesum meum, hac hora pro me flagellatum, spinis coronatum, pietate debriatum, Iesuni verum regem meum, sine quo nescio alii (quem tu fecisti opprobrium hominum, abieciisti & despexit tanquam leprosum, vt Iudæa eum negaret esse suum, sed ego rui gratia haberem eum proprium) o vita in illum innocentissimum, illum charissimum (qui pro me quæ non rapuit tam plenè exoluit) Iesum meum mihi dones in animæ meæ brachium, vt accipiam eum super cor meum, amaritudine dolorum & passionum eius refocillans meum spiritum. Eia illa amarissima pacis meæ quæ ei imposuisti disciplina, omnia mea persoluat, neglecta & debita. Opax, tu sis mea chara in Iesu perpetua ligatura. Tu sis meæ fortitudinis charissima columnæ, vt tibi alligata induidua amicitia, cù Iesu siá vnu cor & anima, in te o pax duleissima

INS INVAT. DIVINÆ

excipiēs charitatis flagella, intima amoris vulnera, per te manē Iesu meo perpetuō adglutinatā. O pax, adhuc vnuin mihi facito verbum. Aperi mihi illud dignissimum (quod apud te est repositum) amoris alabastrum, quod suo viuo odore meum torpentem expergeficiat spiritum. Sensus meos lini & perunge illius gloriosissimi capitī, crūōre, illorum venerabilium sensuum dolore, vt illo balsamitico sapore, tota immuter à spiritus mei ignauia & corpore, sicut mutatur sterilitas terræ veris tempore, suæ nouitatis in flore. Eia Iesu mi dulcissime, sanctissimorum sensuum, tuorum exercitium, sit totius culpæ meæ operimentum, & omnium negligentiarum mearum supplementum: vt quicquid mihi deest in me, totum habeam in te, qui te totū impendisti pro me, Amen.

Hora Sexta h. beas colloquium cum sapientia & amore, vt omnia tua innouentur, & in mortis hora, virtute precio sae crucis Christi: ab omni tentatione & insidijs inimici defendaris, Legasque vers:

Externi huc ad. Tua te cogat pietas.

O Admirabilis Dei sapientia, quām valida, quām præclara est vox tua. Tu sine exceptione vocas ad te omnes qui concupiscunt te. Tu inhabitas humiles. Tu diligis te diligentes. Tu iudicas causam pauperis. Tu piè omnium misereris. Tu nihil odisti eorum quæ fecisti. Tu peccata hominum dissimulas, & ad pœnitentiam eos misericorditer expectas. Eia & mihi aperi venam vitæ, propinans mihi poculum indulgentie, vt sciam quid acceptum sit coram te omni tempore. O sapientia, tu sanctum signum æui in tua gestas dextera, tibi prospere succedunt omnia. Tu vna & sola potes.

tes omnia. Tu in te manens innouas omnia. Eia tu in te innoua & sanctifica me, vt in animam meam possis transferre te. Tu constituis amicos Dei. Eia tu mihi acquirere amicitiam Dei. Fac me manē vigilare ad te, vt veraciter inueniam te. Tu præoccupa me, vt veraciter cōcupiscam te. O quām prudenter ordinando circuīs, & quām prouidē cuncta dīspōnis, cūm sub prætextu salvandi hominem, prudentissimo consilio aggrediens circumuenires regem gloriæ, specificans ei pacis cogitationem, charitatis adimplitionem, & tenens principalem maiestatem, dorso eius imposuisti amoris occasionem, vt portaret super lignum populi iniquitatem. Eia & eia o præclara Dei sapientia, cuius magnifica opera nulla potuit impedire diabolica malitia, cuius pia consilia non potuit immutare omnis humanæ prauitatis ignorantia: cuius misericordiæ multitudinem, cuius amoris magnitudinem, cuius bonitatis plenitudinem, nulla quiuit extinguere criminum magnitudo, quin tua imperialis præualeret industria, ad disponendum omnia suauiter, attingens à fine usque ad finem fortiter. O sapientia diuinæ maiestatis virtus præstantissima, utinam in me indigna tuæ præualeat efficacia. Utinam in me tantilla spiritu oris tui exufles & adnihilis omnia impediimenta tuæ voluntatis & beneplaciti, vt per te vincam omnia tētamenta, per te supercm omnia impediimenta, vt in amoris magnitudine mihi moriens viuam in te: atque te deduce bene euadām huius vitæ naufragium, à te accipiens charitatis tegumentum, dilectionis operimentum, tecum condens viui amoris testamentum. O sapientia, quam ludum tu perficis, quali loco Iesum meum circumuenis!

uenis! Tu denudas regem gloriæ; faciens eum spectacu-
lum contumeliam. Tu affigis stipiti pretium totius mū-
di. Tu sola ponderas & discernis quantum valeat hoc
sacramentum ad soluendum totius præuaricationis
debitum. Tu vitam omnium exaltas in cruce à terra,
vt in morte sua ad se trahens vivificaret omnia. O a-
mor sapiens, quale tu conficis malagma, vt impleretur
vniuersalis ruina. O quale apponis emplastrum, vt
medereris vulneri omnium. O amor, tuum consilium
est perditis in auxilium. Tu condemnas innoxium, vt
saluifices reum miserum. Tu effundis sanguinem inno-
centem, vt placare possis iustitiam irascentem, &
pauperi ac inopi acquiras patrem clementem. O sa-
piens amor, tuum dictamen est miserorum releuamen.
Tu agis pacis causam. Tu exaudis interpellantē miseri-
cordiam. Tu prudenti consilio subuenis omnium an-
gustiæ, per benignissimam voluntatem tuę clemen-
tiæ. Tu finem imponis vniuersali miserię, per glorio-
sum opus tuę misericordię. O amor, tua adinuētio est
perditis salutis occasio. Ecce ò sapientia, iam tuum pa-
tet plenum pietate cellarium. Eia respice me miserum
foris stantem ad tuę charitatis ostium. Eia imple-
mex paupertatis palliolum, benedictione tuarū dulce-
dinum. Ecce ante te est desiderij mei vacua craterula.
Eia aperiatur tuę plenitudinis ferula. Docē cor meum
tua casta consilia, tua præcepta lucida, tua fidelia te-
stimonio. Fac mię memorem mandatorum tuorum ad-
faciendo mea. Eia ne secundum peccata mea facias mi-
hi; neque secundum iniuriantes meas retribuas mihi Ie-
su mi. Eia sicut in sanguine tuo vere propiciatus es mi-
hi; sic per virtutem preciosae crucis tuae omne deperi-
tio nem

tionem vitæ meę restituere mihi. Eia ò amor sapiens, tu
tege & cooperi omne meum delictum. Tu pro me sup-
ple omne meum neglectum, per Iesum meum tuo ar-
bitrio sponte derelictum.

*Hora Non. i habet as colloquium cū amore & dilectione, vt
pro misericordiis tuis commutent tibi bona sua, & in morte ag-
ni inuolunt mortem tuam, vt sub tali tutione transfeas
cum securitate: Et dic vers.*

Diues pauper. Tua te cogat pietas.

O Pulchra Dei dilectio. O morte fortior charitatis
emulatio. Tu es creaturæ reparatio, totius mundi
salus & redemptio. O quam dulcis tua confabulatio.
O qualis tua collatio. Tuus conuictus non habet tæ-
dium. Tuum cōsortium est verum sine fine gaudium.
Eia intra meum vile cubiculum & quiesce mecum.
Fac me audire tuas spiritu sancto plenas collationes,
vt tecū obliuiscar omnes meas angustias & tribulati-
ones. In via hac qua ambulo, tu sis mecum, quia omnia
bona veniunt mihi pariter tecum. O honorabilis di-
lectio, ecce ego miser homuncio, circumagitatus ne-
gligentia meę vento validissimo, & conscientię pec-
catorum meorum territa à tonitruo: sub tuę pietatiste
cta cōfugio, quia nullam spem nisi in te mihi superes-
se fentio, nec extra te vspiam requiem inuenio. Tu tan-
quam mater perditum foues in grémio. Tu prouido
nimis & exquisito consilio usque ad morte illudis, nec
parcis altissimi filio, vt subuenias desperato misero.
O charitas, ò dilectio, tu pro peccatoribus in virgi-
nis filio tales fecisti rem, quod in te omnibus despe-
ratis dedisti spem. Tu propria benignitate omnes cogis
in te fiducialiter agere: vtque miser nullus aduersum te
habeat

habeat causari , tu causam omnium ponis in salutari . O charitas , tu mihi destitutæ , mihi derelictæ , in te para consilij locum , refugij nidum , quo reclinem tribu latum spiritum meum . Tu porta mecum causam incolatus mei . Tu erige pusillanimitatem spiritus mei . Tu consolare angustiam cordis mei , dicens mihi . Ego non obliuiscar tui . Eia in hoc sit saluum verbum tuū o charitas , & me ad tuas dignanter voca Calendas , quia anima mea vehementer tuas cōcupiscit nundinas , vt pro malis meis ad tua pia fora , mihi tua commutes bona . Tu Iesum meum , dulce salutare meum , tam fortiter cōfixum tenes in cruce : vt sub tua manu expirans deficeret p̄r amorem . O charitas , quid facis , quem aggredieris ? Tu non parcis nec quiescis , donec subuenias misericordia . Tu nullum modum das amori . Tu fontem vitæ sic affligis in siti , vt non sufficiat semel mori , sed iam moriens sic exponat adhuc semetipsum amori , vt morte multa pro singulis cupiat & sitiatis mori , perditos rediinens pignore chariori . O amor , tua industria neruum cordis Iesu mei tam strenue tetigit , quod p̄r amorem corruptum emarcuit . O amor , iam tibi sufficiat , iam modum facias , cūm Iesus meus in oculis tuis mortuus pendeat . Mortuus planè mortuus , vt ego vitam habeam abundantius . Mortuus , vt me pater in filium adoptaret charius . Mortuus , vt ego viuerem fœlicius . O mors charissima , tu mea sors fœlicissima . Eia in te nidum sibi inueniat anima mea o mors . O mors parturiens vite æternæ fructus : eia inuoluant me totam tui vitales fluctus . O mors vita perennis : eia sperem semper tuis sub pennis . O mors salutaris , eia anima mea demoretur in bonis tuis p̄claris . O mors preciosissima ,

sissima tu es acquisitionis mea charissima . Eia tu totā vitā meam in te absorbeas , mortemque meani tibi immegas . O mors efficacissima , eia sub tua cura mors mea tuta sit & secura . Omnis vitalis , eia tuis liquecam sub alis . O mors vitæ stilla , eia in me in perpetuum ardeat tuę viuificationis prædulcis scintilla . O mors gloriofa . O mors fructuosa . O mors summa totius salutis meę , amabile fœdus acquisitionis meę , firmissimū pacatum reconciliationis meę . O mors triumphalis , dulcis & vitalis , in te eluet mihi charitas talis , cui in cœlo & in terra non est inuenta equalis . O mors præcordialis , tu cordis mei fiducia spiritualis . O mors amantissima , in te mihi sunt reposita bona omnia . Eia de me sit tibi pia cura , vt moriens sub tua dulciter pausem in umbra . O mors misericordissima , tu es vita mea fœlicissima . Tu es pars mea optima . Tu es redēptio mea copiosissima . Tu es hereditas mea p̄clarissima . Eia metibi totam inuolue , in te totam meam vitam absconde , in te mortē meā reconde . O mors manas dulcedine , tu morti meę prouide , tu me totam circunda mortis in angustia . Per te securum habeam transitum , ne latrunculi meum oblideant exitum . In tuę charissimę acquisitionis gremiu , meū recollige spiritum . Intue plenissimę charitatis cubile anima mea suscipe , in te vitam meā absorbe , in te totā me immerge . O mors chara , in te mihi tunc requiem para . Fac me in te fœliciter expirare , & suauiter obdormire . O mors p̄cordialissima , tu me tunc tibi in perpetuum serua , in tua charitate paterna , in acquisitione & possessione sempiterna . O amor , illam saluberrimam mortem ; illam charissimā sortem tu mihi acquisisti . Tu pro me tata & tlia

lia fecisti, quòd me tuæ seruituti in perpetuum obligasti. Quid protantis & tñ infinitis bonis tibi retribuam? Quid laudis & gratiarum actionis tibi offeram, etiam si millies me imp̄cero: quid ego vilius homuncio ad te ò mea copiosa redemptio? Ergo animam meam quam redemisti, totam tibi offeram, amorem cordis mei deferam. Eia tu vitam meam in te trāsferas. Tu meipsam totam tibi inferas, & me in te concludens tecum vnum efficias. O amor, tuæ diuinitatis ardor mihi reseruauit Iesu mei præ dulce cor. O cor manans dulcedine. Ocor redundans pietate. O cor supereffluens charitate. O cor distillans suavitatem. Ocor plenum miseratione. Eia fac me mori præ tui amore & dilectione. O charissimū cor, iu te precor totum absorbe meum cor. Cordis mei charior margarita, ad tuas vitales epulas me inuita. Tuę consolationis vina mihi indignę propina, vt spiritus mei ruina impleatur charitat etua diuina, & de tuę charitatis abundantia suppleatur mentis nigrę egestas & inopia. O amor, vtinam hoc cor, hoc thymiam dulcissimum, hoc incensum suauissimum, hoc sacrificium dignissimum nunc offeras pro me ad aureum altare reconciliationis humanæ, in supplementum omnium meorum quos vixi dierum, in quibus tibi non detuli fructū. O amor, in illius melliflui cordis profluviuū immerge meum spiritum, in profundo diuinę misericordię sepeliens totum pondus iniquitatis meę & negligentię. Redde mihi in Iesu intellectum clarissimum, affectumque purissimum, vt per te possideam ab omni carnalitate cor extraneum, alienum & liberum; vt id mortis hora, te duce, immaculatum Deo reconsignem spiritum. O prædictum cor, ad te nunc clamat meum cor.

cor. Esto mei memor: tuę charitatis dulcor reficiat que so meum cor. Eia moueatur super me tuæ miserationis medulla, quia heu mihi sunt mala merita multa, merita bona nulla. Iesu mi, tuę preciosę mortis meritum (quod solum efficax fuit ad soluendum vniuersale debitum) condonet mihi in te quicquid male merui, & redonet mihi in te omnia bona in quibus desperij, cōuertens me tam efficaciter ad te: vt in diuini amoris violēntia penitus à memetipsa immutata, illam in oculis tuis inueniam gratiam, illam consequar misericordiam, quam tu mihi meruisti, cùm amore amoris mei in cruce moriens defecisti. Et da mihi Iesu chare te solum in omnibus & super omnia amare, tibi feruenter adhærere, in te sperare & supersperare. Da mihi tuę morti dignam de reliquo agere vieem, vt in mortis hora, absque villa mora, experiri merear redemptoris meę fructum dulcissimum, & mortis tuę prædigissimum meritum, in tanta efficacia, quantam tu mihi cupisti, cùm in siti salutis meę spiritū emisisti, magnaque precio sanguinis tui me redemisti. O amor, in morte mea tu mihi dicas dulce vale, vt in te suauiter requietcam in pace, Amen.

Ad Vesperas cum amore & pietate conuenias placatura Deum, vt in vita termino pro te respondeat domino pro omni tuo debito & imperfecto. Et legas vs. Fœlix qui sitit. Tua te cogat pie.

O Dulcis Dei pietas. O chara Dei liberalitas. Tu omnibus expandis gremium, tu es pauperum refugium. O pietas, quid consulis, quò fugiam à facie frigoris, iā ferre nō valens asperitatē hyemis? Tepiditas animi mei iam gelu cōstrinxit omnia arua cordis mei. Eia

tuis me obumbris scapulis, contegens confusionem
meæ nuditatis: vt sub tuis calefiam plumis, & in æter-
num tuis sperem sub pennis. O pietas pietas, me an-
gustiatam ne deseras. A singultu meo & clathore fa-
ciem tuam ne auertas. Tua te cogat charitas, vt me pa-
tienter audias. Eia expande gremium vbi rēpāuscim,
modicum, & effundani coram te meum spiritum, cer-
ta de tua bonitate, de tua naturali pietate, quod nul-
lum spernas desolatum, nec despicias tribulatum. O
quām apti miseriſtui moreſ. O quām grati iam pene
deficientibus vnguentorum tuorum odores. Tu eri-
gis elisos, tu soluis compeditos. Tu in tribulatione
nullum despicis, tu materne & misericorditer omnium
necessitates respicis. Tu desperatis piē consulis. Tu
omnium indigentiae clementissime subuenis. Eia nunc
mihi indigenti aurem para, vt pro anima mea habeam
tecum colloquia rara, & à te recipiam consilia chara.
Ecce commissa mea vehementer pauesco, omilla mea
valde erubesco, desperitionem vitæ meæ nimis per-
timesco. Futuram timeo discussionem illam, qua Chri-
stus homo nobilis mecum positurus est ratiouē. Si à me
exigere voluerit temporis mei depositum, & talenti in
tellectus, quod mihi contulerit lucrum: porsus nul-
lum tuæ charitati dignum inuenio respōsum. Quid aga?
Quò me vertam? Fodere non valeo, mendicare erubes-
co. Opietas pietas, aperi nunc ostuum, dulce consilium
tuum refocillat obsecro spiritum meum. Eia ref-
ponde mihi, quid in his videtur tibi faciendum mihi,
quia secundum nomen tuum tu verè pīj cordis es, &
optimè nosti quid in his expediat mihi. Eia parce &
subueni mihi, & in hac tribulatione aliena mihi esse
noli.

noli. Moueat te paupertas spiritus mei & tacta cordis,
miseratione piē dic mihi: Vnum marsupium mihi sit &
tibi. O pietas pietas, tu apud te habes reposita tantas
& tales diuitias, quod cœlum & terra non sufficiunt
ad percipiendum eas. Tu compulisti Iesum nūcum pro
anima mea suam dare animam, pro vita mea suam: vt
omnia sua faceres mea, & sic ex tua abundantia cres-
ceret pauperis substantia. Eia animam meam fameli-
cam ad tuam voca præbendam, vt ex tuis diuitijs vita
viuā, & te educante, te enutriente me, sub disciplina do-
mini non deficiam, donec te duce ad Dēum meū reuer-
tar, & spiritū meū ei qui dedit reddā. O pietas, o boni-
tas, o dulcis Dei liberalitas, tu in tuo conclavi habes re-
positum quoddam admirabile xeniū, quod stupet cœ-
lū, miratur terra, cui à seculo & in seculum simile repe-
ritur nullū. Tu pro me quotidie Deo patri ad altare ta-
le offرس sacrificium, tale holocaustomatis incensum,
quod excedit omne meritum, & verè valet soluere om-
ne meum debitum. Tu repræsentas patri filium vere
sibi beneplacitum, vt eum mihi reddas placatum &
verè reconciliatum. Eia per hoc sacramentū quod op-
timè potest supplere meum imperfectum, omnē inque-
meum reparare defectum, vitam meam innoua, & in-
centuplum mihi restitue omnia mea desperita, vt inte-
mea exultet anima, per te vt aquilæ renouetur iuuen-
tus mea, ad te conuertatur vita mea, tibi seruat omnis
virtus mea, te glorificet tota substantia mea. Iesu mi-
tua pietate omnes iniquitates meas dele, tua charitate
omnia peccata mea cooperi & tege, tua dilectione ne-
glecta mea supple, tuo amore in illam libertatem spiri-
tus restitue me, qua tu hæres innocētiæ moriēs pro me,

dato preccio prorrij sanguinis, liberam fecisti me. Fac me tuæ voluntati cōformem, vt in te vitam meā trāfōrmem. Fac me totam talem, tu me velles esse qualē, vt post hanc vitam relicto corporis iubilo, faciē tuam mellifluam videam in iubilo.

Ad Completorium h. be. et colloquium cum amore & perseverantia, vt vili conuersatione tua cum dignissima vita domini Iesu cōmutata, per ipsum inueniaris in mortis horum in omni sanctitate & religionis perfectione plenē consummati. Et legas vrs.

Grandis est. Tua te cogat pietas, &c. dicens hac verba corde & ore:

O Perseuerans charitas domini Iesu, qui nos dilexit usq; ad mortē, tu sola gestas regni diadema. Tibi debetur victoriæ triumphus, gloriæ titulus. Tua prouida diligētia, tua diligens custodia, defert regi regū munera talia, cœlum stupet qualia. O perseuerans charitas, vēre vox tua dulcis & sonora, facies tua suavis & deo ra. Tu de deserto colligis tā rara xenia, tām multas virtutum species & aromata: quēd Deus cœli vultu hilari tuam reueretur faciem, concupiscens & laudans pulchritudinē tuam & speciē. Te præ omnibus Deus adiuuat vultu suo: nam in tui medio non commoquerit, re quiescens vt sponsus in thalamo. Eia tu me adiuua manē dilucule, in te ò vera meridies animam meam seruans ab omni cœcitatris crepusculo. O perseuerans charitas, tu es omnium virtutum perfectio & spiritus sanitatis. Tu onera grania facis leuia, bono vnu tuo omnium virtutum labores dulcificas & iucundas reddit tua affuctudo. O perfecta Dei charitas, in te omnis dulcedo & suauitas. Tu es vera pax & securitas. In te

impertur-

imperturbabilis pax & tranquillitas. Tu es omnium honorum finis & consummatio, mandatorū Dei adimplētio. Tu sabbatorum sabbatum. In te sapientia suum sternit ocium, in te amor suum perficit negocium. O perseuerans charitas, tu in Iesu meo consummasti opus quod ei iniunxit pietas. Tu adimplesti opus nostræ redēptionis, vt reuocares perditos in fortē adoptiōnis. Tu Iesu meum in pace suauiter facis obdormire, in te à labore, quiescere, sub umbra tua pausare, in feriendo dulciter sabbatizare, sub tuo sigillo clausum & sepultum somnum amoris capere. O charitas, tu sub tua custodia, sub tua peruvigli diligentia, seruas animæ meæ precium electum super aurum & topaziū prædilectum, quod solum potest reficer. Omne meum defectum, & recuperare omnem meum imperfectam. Eia vbi seruas in te repositum meum charissimum thesaurum, ibi colloca & repone etiam cor meum: vt per te spiritus meus totus maneat ibi, charissimum charum meum habitat vbi. O vita charitas, ò fortis perseuerantia Domini Iesu, ad te de profundo cordis ascendit spiritus mei clamor. Eia tu pro me legatione fungere, tu pro me bene loquere, vt Iesus meus, rex meus & Deus meus (qui in te perfectit opus, quod pater vt faceret dedit ei in manus) etiam per te mihi vili vermiculo det cor purum, spiritum inuictum sibi seruandi diligenti & fidelis studio, mandata eius sub amoris iugo perseueranter portare humero voluntario, vt tu ò amor efficax in vita pariter & post mortem meum verum precium fias centuplū, & teipsum accipiā in brauiū, cūm in te sit totū meū & plenum gaudiū. Fac me in amati contritione

& humili pœnitentia semper ut catulum mea rodere
pecata, & defecū meorum imperfecta opera, ut post
hanc vitam, illā dulcissimam accipiam micā, melliflue
faciel Iesu mei fruitionē dulcissimam, ut perte latier in
æterna lætitia, cū apparuerit Iesu mei gloria. O amor
stabilis, fortis & insuperabilis, tua me doceat solertia, in
uincibili Iesum diligere constantia: cīque iniusta ser-
uire perleuerantia, & te excitante, te commouente,
semper sim parata cūm venerit dominus meus in pri-
ma & secunda vigilia, ut non torpeam neque dormite
facto clamore hora media, sed te promouente, te ducē
te, dignē intrem cum agno ad nuptias. Eia & tunc te
procurante plena charitatis oleo, plena dilectionis in-
cen~~to~~, plena operū viuae fidei lumine splendido, mea
inueniat laimpas: ut per te possideam vitæ æternæ de-
litias. Iesu mi dulcissime, sponse prædilecte, in te nunc
reflūscita spiritum meum torpem, in tua morte mihi
restitue vitam tibi soli viuentem. Da mihi conuersatio-
nem precio sanguinis tui dignē respondente. Da mi-
hi spiritum te sapientem, sensum te sentientem, animā
tuam voluntatem intelligentem, virtutem tuum bene
placitum perficiētē, stabilitatē tecum perleuerantē.
Eia & in mortis hora aperi mihi sine mora benignissi-
mi cordistui ostium: ut per te absque omni impedimentō
to ingredi merear tui viui amoris thalamum, ubi fruar
& habeam te, o cordis mei verum gaudium, Amen.

Ipsō die quo celebras predictam supplitionem in meridie:
ora dominum ut introducas in te viridarium sui diuinī
cordis, ut ibi laueris septies in Iordane meritorum vita
passionisque suā: ut expurgata ab omni macula in die de-
finitionis tuae, toti pulchri introducaris in thalamum
sui diuinī amoris,

Eia

Eia Iesu viuens meus salutaris de terra angelorum
pulcher & præclarus, heu heu in tenebris cœcitaris
versatur anima mea creatura tibi dilecta. Eia sis tu sa-
lus & illuminatio mea recta. Dilecte mi, per puras clari-
ssimorum oculorum tuorum lachrymas, a bluē omi-
nes peccatorum oculorum meorum maculas: ut in vi-
ta mea termino absque impedimento, mundo cordis
oculo faciem tuam dulcissimam videam in sanctæ tri-
nitatis speculo, quia tu solus es quem toto corde deside-
ro. Eia submerge me citius in abyssum tuae fruitio-
nis. Eia Iesu amabilis spes mea, sponse fidelis & ple-
nus misericordia, quæ nunquam spernis misericordum
suspiria, heu heu proprio vicio obsurdiuit auris mea. Eia
o pater misericordiarum, in auditu auris tibi obediatur
vita mea. Dilecte mi, per dulcem tuorum benedictarū
aurium pietatem, a bluē omnem peccantium aurium
mearum iniquitatem, ut in mortis hora non timeam
ab auditione mala, sed in tua vocatione dulcissima, au-
ditui meo detur gaudium & lætitia, quia tu solus es ex-
pectatio mea. Eia tolle me citius ad tua connubia.
Eia o æterna dulcedo animæ, cordis mei dilecte uice,
eius facies plena est omni amabilitate, & cor omni
suauitate, heu heu cogitatio mea peregrinatur abs te.
Eia o Deus cordis mei, tu dispergionem mentis meæ re-
collige in te. Dilecte mi, per purā tuorum sanctissimo-
rum cogitatuum intentionem ardenterque transfixi
cordis tui amore m, a bluē omnem malorum cogitatio-
num mearum, & criminosi cordis mei reatum: ut pas-
sio tua atarissima, meum sit in morte umbraculum,
& cor tuū ex amore ruptum meum perenne sit habita-
culū, quia tu solus es mihi præ omni creatura dilectus.

Eia

Eia ne patiaris inē diu elōgatiā te dilecte cordis mei vni
ce. Eia Iesu coelestis patris vnigenite, pie & misericors
domine, qui filios tuos adoptatos nunquam relinquis
desolatos, heu heu multum deliqui in lingua mea.
Eia ô gloria mea, tu reple os meum laude tua. Dilec-
te mi, per viuidam dulcium verborum benedicti oris
tui potentiam, absterge om̄nem polluti oris offensam:
vt in tuæ mellifluæ pacis osculo, læta transeam de hoc
seculo, quia os tuum mellifluū solum consolari potest
mei cordis intimum. Eia speciose amor, infige cordi
meo tuæ viuæ dilectionis telum, vt exanimis cadana
in tuæ vitalis originis abyssum. Eia Iesu operator
sapientissime, artifex præstantissime, qui tam laudabi-
liter reparasti opus manuum tuarū quod ego destruxi,
heu omnia opera mea, imperfecta sunt, & nou vt lēx
tua. Eia ô refugium meum & virtus, ex cooperatione
vivi amoris tui sanctificetur in te omnis operatio mea.
Dilecte mi, per operum tuorum perfectionē, manūm
que tuarum crucifixionem, ablue omnem impiarum
manuum mearum offensionem; vt absque impedimen-
to, in mortis hora in prædulces amplexus tuos
ruam sine mora, quia tu es legitimus Iponsus meus ele-
ctus ex millibus. Eia in extrema hora, non ex meo merito,
sed ex tua bonitate ingenita, agnosce me tuā pro-
priam. Eia Iesu iuuenis amabilis, amicabilis & deside-
rabilis, cuius societas tā nobilis est & optabilis, heu heu
declinauit à via recta, & non custodiui mandata tua.
Eia ô chare, dux misericordia in tua voluntate dirige gres-
sus meos. Dilecte mi, per dolorosam tuorum be-
nedictorum pedum fatigationem, diuinamque perforationem, ablue om̄nem peccantium pedū mætorū ma-
culationem,

culationem, vt per te (ô fidele præsidium itineris mei)
Ietabunda ingrediar locum tabernaculi admirabilis us
que ad domum Dei, quia tu es vnicum meum, pro
quo curro, brauim. Eia tribue mihi amore impel-
lentem, qui non sinat metepidē aut negligenter agere
sed infatigabiliter post te currere. Eia Iesu Deus mag-
ne, dulcis atque benigne, qui dare nescis nisi grandia.
Eia Deus viuens, cuius igneus influxus retrahit in suū
finum, quicquid vñquam ex te profluxit, heu heu de-
perijt, exaruit & interijt omnis vita mea. Eia ô Deus
vitæ meæ, in te reuirreat, refloreat, & in fructus dig-
nos conualescat vita mea. Dilecte mi per vitæ tuæ no-
bilem innocentiam puramque sanctitatem, ablue om-
nem corruptæ vitæ meæ foeditatem, vt vita mea iam
non sit yltra mecum, sed in tui amoris ignea vi tota af-
portetur tecum, vt in mortis hora me in te foeliciter
inueniam, ô vita mea vera, quia tu es meum summum
ac prædilectum bonum, & vnicum animæ meæ refu-
gium. Eia da mihi post te languere ex amore, mori ex
desiderio, te laudare cum iubilo, & æternaliter confla-
grare tuæ charitatis incendio, Amen.

*Vestere quæsi ad carpendum flores, cum dilecto ora pro
benedictione, & pro his virtutibus.*

Benedicat mihi obsecro hodie Iesu chare, anima
tua. Benedicat mihi imperialis diuinitas tua. Bene-
dicat mihi fructuosa humanitas tua, in tanta efficacia,
vt tua regalis munificentia mihi relinquat tuæ bene-
dictionis signa tam euidentia quatenus à me tota per-
mutata in te amore inuincibili inseparabiliter tibi ad-

H hæream

INS INVAT. DIVINÆ

hæream. Fac me in tuo timore perfectam. Fac me tibi placitam in spiritus humilitate, in fraterna charitate, in casta simplicitate, in humili verecundia, in cordis misericordia, in sensu custodia, in vita sanctimonia, in prompta obedientia, in dulci patientia, in spirituali disciplina, in voluntaria paupertate, in sancta lenitate, in morum matritate, in spiritus hilaritate, & in omniveritate, in bona conscientia, in fidei constantia, in sancta perseverantia, in spei fortitudine, in charitatis plenitudine, & in tua dilectionis beatae consummatione: ut cordis meis in pectus conuertatur in omnium virtutum paradisum, & totius perfectionis rubetum, tanquam ager omni pace, sanctitate & pietate plenus, cui benedixit Dominus. Eia Iesu precordialissime, tu semper ita sis tecum: ut cor meum maneat tecum, & amor tuus inducidet persequeret mecum, & sic a te meus benedicatur transitus: ut compede carnis absolutus, meus in te continuo requiescat spiritus; Amen.

F I N I S.

Index eorum quæ in libris Sanctæ Gertrudis habentur.

Prologus, in quo redditur ratio huius postremæ editionis, ac de certitudine reuelationum huius sanctæ agitur, & de autoribus, a quibus hi omnes libri compositioni sunt.

Vitæ Sanctæ Gertrudis, in qua ostenditur quinque fuisse huius nominis sanctimoniales: Prima vocatur Niuegensis ex Francorum Regnum genere orta. Fol. 1.

Secunda æstenensis. 11.

Tertia Delfinensis. 15.

Quarta Mäsfeldensis, de qua in omnibus his agitur. 16.

Quinta fuit quædam monialis, quæ post obitum Sanctæ Gertrudis in eius monasterio reuelationibus atque sanctitate fuit mirabilis, ut constat ex libro quinto Insinuationum diuinæ pietatis.

Liber Primus.

Cap. I. De vocatione Sanctæ

Gertrudis ad religionem, deque eius excellenti ingenio, studio, facundia, & re liquis naturæ & gratiæ donibus.

Cap. II. De gratia interna, qua ad Dei familiaritatem tracta est, atque de exuberantiæ eius pro animabus suis eruditione.

Cap. III. De testimonijs gratiarum illi collatarum, & de primo earum teste vide licet Deo. 4.

Cap. IIII. De secundo teste, qui est multorum hominum munitiorum qui in scriptis eius experti sunt dona uniformis abtestatio. 5.

Vbi agitur insuper quæ, nā fuerit sancte Methildis eiusdem monasterij cum Sancta Gertrude & religiosa & familiariis. 6. Insuper exponit quæm familiare sit in sacris literis Sanctorum animas vocari Christi sponsas, filias, atque

I N D E X.

- Reginas, vt appareat gratia diuinæ præstantia & celsitudo: ad quam vniōne cum Deo nobilitetur anima cui gratia diuina conseretur. 11.
- Cap. V. Quod in omnibus solā Dei gloriā querebat, scipiam pœnitus cōtēnens. 13.
- Cap. VI. Quod in ea velut in intellectuali cœlo Dñs virtutum habitauerit. 15.
- Cap. VII. De constanti eius iustitia. 16.
- Cap. VIII. De zelo, quem habuit pro salute animarū. 17
- Cap. IX. De materna cōpaf- fione eius erga omnes. 19.
- Cap. X. De admirabili eius puritate. ibid.
- Cap. XI. De confidentiæ domino, quo tā inter lāta quam tristia Deo fixe innitebatur. 20.
- Cap. XII. De virtute humiliatis eiusq; alijs multis iuxta adjunctis. 22. Vbi agitur de familiaritate quam Deus habet cum anima sacerdta, vbi exponitur locus prouerbiorum. 8. Delitiae meæ esse cum filijs homi-
- num. 24.
- Insuper agitur paulopost de libertate cordis. 27.
- Cap. XIII. De mira verborū & orationum eius efficacia. 24.
- Cap. XIV. De quibusdā illius miraculis. 32.
- Cap. XV. De singularibus excellentijs gratiarum huic Virgini à Dño concessis ad salutem proximorum. 35.
- Cap. XVI. Quam obrem iuerit Dominus hunc librū edi. 37.
- Cap. XVII. De testimonijs, cūdientioribus q̄ Dominius per istam omnia beneplacita sua operabatur absque ullo impedimentoo. 38.
- Cap. XVIII. Quomodo mansuetudinem, patientiam, animique tranquillitatem seruauerit omnia que Dei opera ab eiusdem manu lāta acceperit. 40.
- Cap. XIX. De clariori illustratione, familiarique coniunctione animæ eius ad Deum. 42.

Liber

I N D E X.

Liber secūdus.

Argumentum libri.

- Cap. I. Gratiarum actio viscerosa pro prima gratia qua Dominus animā ad se traxit. 43.
- Cap. II. Gratias agit sancta Gertrudis Deo, ob interiorē illuminationē illi collatam quando conuersa est ad Dominum. 45.
- Cap. III. De amœna inhabitatione Dei in anima iusti: & quantam mynditiem à nobis Deus expositulet. 46 Agitur etiam in hoc capite de timore filiali quosāti homines consuecere animarum saluti consulere. 47.
- Cap. IV. De stigmatibus cordi eius inscriptis & exercitio ad quinque vulnera. 48.
- Cap. V. Exercitium de vulnere amoris ac lauacro, vnguento & ligamine. 50.
- Cap. VI. De puerulo Iesu cordi huius sponsæ intime vni- 51.
- Cap. V. De impressione diuinitatis in animam velut sigilli in ceram. 52.
- Cap. VIII. De in timori in- strictione animæ ipsius in Deum. 52.
- Cap. IX. De inseparabilivno ne animę ipsius cū Dco. 54
- Cap. X. Quomodo coacta est, & illuminata, vt ista scriberet. 55.
- Cap. XI. De infidijs diaboli, & modo resistendi. 56.
- Cap. XII. Quam benigne tolereret Deus nostros defesus. 57.
- Cap. XIII. De sedula affectionum nostrarum custodia. 57.
- Cap. XIV. Quantum placeat exercitia claritatis, & attentio sub diuinis. 58.
- Cap. XV. De inæstimabili pietate Virginis gloriose erga nos. 59.
- Cap. XVI. Quibus Iesum & matrem eius vestire debemus virtutibus. 60.
- Cap. XVII. Quam grata sint Deo opera charitatis & operationis prosalute proximorum, ibid.

INDEX.

- Cap. XVIII. Quomodo Deus condescendat infirmitatibus nostris, & de humilitate. 61.
- Cap. XIX. Solo diuinæ laudis desiderio donis Dei quomodo vtendum. 62.
- Cap. XX. De specialibus privilegijs sibi à Deo collatis, & de gratia seruantibus memoriam eius post mortem promissa. 63.
- Cap. XXI. gratiarum actio pro confirmatione prædictorum priuilegiorum. 66
- Cap. XXII. Gratiarum actio pro visione Dei transfiguratiua eiusque oculis & amplexibus. 66.
- Cap. XXIII. Epilogo quodā recenset diuinæ bonitatis beneficia, & è regione suè ingratitudinis vitia, quæ deplorat. 68.
- Cap. XXIII. Cömendatio conscriptorum. 73.

Liber tertius.

Argumentum libri tertij. 74.

Cap. I. De speciali cura qua-

- Mater Domini hanc suscepit in filiam. ibid.
- Cap. II. Quòd aduersitas sit annulus spiritualis desponsationis. 75.
- Cap. III. Consolatio humana minuit diuinam. 76.
- Cap. III. Quám vilis & fœda omnis transitoria delæctatio. ibid.
- Cap. V. De eo quòd Dominus inclinavit se animæ diectæ. 177.
- Vbi etiam agitur quantum se acclinet Deus animabus nostris. 78.
- Cap. VI. De coöperatione animæ ad effectum Missæ. ibid.
- Cap. VII. Confidentia vulnerat cor Dei. 79.
- Cap. VIII. Modus audiendi Missam spiritualiter. ibid.
- Insuper addūtur aliquade communicatione spirituali. 80.
- Cap. IX. Cur Deus interdum gratię dona vel subtrahit, vel occultat: & de virtute orationis pro alijs factæ. ibid.
- Cap. X. De perfecta suppletione.

- tione laudis Dei & de miro sacræ cōmuniōis effectu. 83.
- Cap. XI. De indulgētiapeccatorū & desiderio cōformādise volūtati diuinæ. 84.
- Caput. XII. Qualiter anima quatuor modis Deū querat, & in Deum transfiguratur. 85.
- Cap. XIII. De emendatione Deo offerēda pro graui ne gligentia. 86.
- Cap. XIV. Corporea imaginē ostensum est illi quomodo recta confessio fieri debeat, & animæ mundities. ibid.
- Cap. XV. De arbore diuini amoris, & de floribus, folijs & fructibus eius. 88.
- Cap. XVI. De fructu afflictionis propter anathema iniustū perpeſſæ, & de spirituali cōmunicatione. 89.
- Cap. XVII. Quomodo Dominus spiritualiter communicat suos, & dat gratiam etiam absentijs. 91.
- Cap. XVIII. Dediçna præparatione ad sumendum corpus Christi. 93.
- Cap. XIX. De oratione deuo-
- ta ad matrem Domini, & promissimo glorioſæ Virginis patrocinio. 99.
- Cap. XX. De priuilegiis affectu ad Deum, cum flutatione imaginis B. Virg. Mariæ. 100.
- Cap. XXI. Quòd infirmitas negligentias nostras supplet. 101.
- Cap. XXII. De triplici benedictione sub Kyrie eleison petenda. ibid.
- Cap. XXIII. De effectu intentionis in psallendo. 102.
- Cap. XXIII. Diuini cordis bonitas supplet nos tristefectus, ibid.
- Cap. XXV. De abundantia animæ ex corde Dei. 103.
- Cap. XXVI. De sepultura Domini in anima. 104.
- Cap. XXVII. Quá vtile sit Christum frequenter pie & amanter salutare. ibid.
- Cap. XXVIII. De vtilitate bonæ volūtatis, & oblatione cordis: & de nonnullis locis Sacré Scripturæ que meditatione intellexit. 105
- Cap. XXIX. De processione & placatione patris cum

I N D E X.

- imagine Crucis. 114.
- Cap. XXX. De frequenti de siderio bono, & molestia somniorum ex probatio ne demonis. 115.
- Cap. XXXI. Deus interdum non cōcedit quæ petimus in oratiōe, sed meliora. 116.
- Caput. XXXII. Quomodo Deus ac sancti nos præparant ad cōmunionem. ibi.
- Cap. XXXIII. De vtilitate s̄apieū cōmunicandi. 117.
- Cap. XXXIII. Quomodo Dominus emendat negligētias animæ. ibid.
- Cap. XXXV. De effectu respectus Domini, & spiritua li communicatione. 118.
- Ibidem de duplice modo cōmunicandi. 119.
- Cap. X L. Quomodo Filius Dei placat Dcūm Patrē. 120.
- Cap. XLI. De respectu crucifixi. ibid.
- Caput. XLII. De fasciculo myrræ. 121.
- Cap. XLIII. De imagine crucifixi. 122.
- Cap. XLIII. Quomodo di uina suauitas trahit ani-
- mam. 123.
- Cap. XLV. Quomodo Dñs acceptat reverentiam imagi ni crucifixi exhibitā. 124.
- Cap. XLVI. De septē horis Passionis Dñi, cum laude B. Virginis. 125.
- Cap. XLVII. Qualiter ab occupationibus reuertentes Dño blandiamur. 126. & ibid. qualiter iusti cgrē ferat humanarū rerum stre pitum.
- Cap. XLVIII. De effectu tribulationis & orationis. 127.
- Cap. L. De delectatione sensuū Dñi in anima. 129.
- Cap. LI. De pulsibus cordis Domini Iesu. 130.
- Cap. LIII. De perfecta resig natione sui in diuinam voluntatem. 131.
- Cap. LIII. De sensuali delectatione in Deo. 132.
- Cap. LV. De languore amoris. 133.
- Cap. LVI. De eo quod pro eodem sibi fuerit vivere & mori. 134.
- Cap. LVIII. De vtilitate defectuum cognitorum. 134.
- Cap. LIX. De obsequio per infir-

I N D E X.

- infiriam Dño impēso. 135.
- Cap. LX. Derenouatione sa eramentorū in anima. 136.
- Cap. LXI. de effectu charita tis fraternæ. 137.
- Cap. LXIII. De fidelitate in solo Deo quærenda & fru ctu patientiæ. 137.
- Cap. LXIII. De fructu bo né voluntatis. 138.
- Cap. LXV. Quibus studijs obtinere possumus merita aliorum. 139.
- Cap. LXVI. Oratio deuota qua ipsa Dñm laudavit & ea Dñs approbavit. 140.
- Cap. LXVII. Quomodo per eam fluēta gratiarunt Dñs multis infuderit. 141.
- Cap. LXX. De merito patiē tiæ. 142.
- Cap. LXXII. De affectu petitionis pro alijs. 146.
- Cap. LXXXIII. Instructio nes p̄ diuersis statibus: quo modo quilibet in sua voca tione Deo placere potest. 147.
- Cap. LXXV. Quid Ecclē sia figuratur per membra Christi & quomodo infir ma membra debemus sa-
- nare. 155.
- Cap. LXXVI. Sanctorū cō munio, & spiritualis parti cipatio quid cōferat. 153.
- Cap. LXXVII. De profectu tētationis, & consuetudine frequēter cōmunicādi. 154.
- Cap. LXXIX. De modo ze lum exercendi & de oratio ne. 155.
- Cap. LXXXIII. De vtilitate subiectiōis, & cur De⁹ def estus permittit in nobis. 157.
- Cap. LXXXVI. De oblatiō ne grauaminum & afflictiōnum. 158.
- Cap. LXXXVIII. De impe dimento proprij sensus; & de merito bonæ volūtatis. 159.
- Cap. XC. Quomodo exterio ra non debent præferri in terioribus, ibid.
- Liber quartus.**
- Argumentum libri quarti.*
- Cap. I. Quia deuotione ad fe sta nos præparare debe mus. ibi.
- Cap. II. In vigilia Natiuitatis Dñi: Quomodo ad instans festum anima purgatur, & auam

I N D E X.

- purgatur, & quam grata-
ter acceptet Dñs ceremo-
nias ordinis. 162.
- Cap. III. De meliflua Natiui-
tate Domini quomodo pue-
rulū Iesum intra nos suscipe-
re, & fonsore debemus. 167.
- Cap. III. In festo sancti Ioan-
nis Euangelistæ: de modoco
téplandi, & præconio virgi-
nitatis eiusq. custodia. 170.
- Cap. V. In festo Circuncisio-
nis, de nomine Iesu, deq; re-
nouatione propositi boni
cum novo anno. 175.
- Cap. VI. In festo Epiphaniæ
oblationes quædam deuo-
tae Deo valde gratae. 177.
- Cap. VII. De reuerentia faciei
Dominicæ, de satisfactio-
ne plenaria iindulgētiā
concedente, & de sacra cō-
munione. 179.
- Cap. VIII. In festo S. Agne-
tis de virtute verborū que
Sæcta Agnes protulit mor-
tis suæ tempore. 180.
- Cap. IX. In festo Purificatio-
nis, quâm promptè Iesus,
& Mater sua exaudiant,
preces nostras. 181.
- Cap. X. In festo S. Gregorij
- de gloria maxima eorum,
qui alios docēt viā vitæ. 184.
- Cap. XI. In festo S. Benedi-
cti, quâm beati sint qui re-
gularem vitam benè ser-
uant. 185.
- Cap. XII. De Annuntiatione
Dominicæ exercitijs pijs
ad gloriosam Virginem.
186.
- Cap. XIII. Dominicain sep-
tuages. de fructuosa absti-
nētia sacræ communionis:
deq; meritoria refectio-
ne corporis Christi. 189.
- Cap. XIV. De salute promis-
sa sequentibus doctrinâ hu-
ius libri: de arca Deo in
corde facienda, deq. pro-
batione instinctus boni.
190.
- Cap. XV. Sabbato ante Do-
minicam in quinquagesi-
ma quibus Dominum pla-
cemus pro alijs tēpore quo
magis offenditur. 193.
- Cap. XVI. Dominicain quin-
quagesima de amore Dei
& Passionis Christi. 198.
- Cap. XVII. Dominicain prima
quadrages. de tentationi-
bus. 197.

Cap.

I N D E X.

- Cap. XVIII. Opera miseri-
cordiæ quomodo spiritua-
liter adinpleantur. 199.
- Cap. XIX. Dominicain secū-
da quadrag. oblatio meri-
torū Christi pro peccatis
Ecclesiæ. 200.
- Cap. XX. Dominicain 3. qua-
drages. 201.
- Cap. XXI. Dominicain 4.: de
exercitio ad quinq. vulne-
ra ad pascendum totam Ec-
clesiam. 201.
- Cap. XXII. Dominicain Pas-
chæ. 202.
- Cap. XXIII. Dominicain ra-
mis de mysterio huius Do-
minicæ. 204.
- Cap. XXIV. Feria 4. Heb-
domadæ sanctæ Detrina
genuflexione & santo La-
zaro. 208.
- Cap. XXV. In die cenæ de
modo obtinendi veniā ex
merito Christi pro Eccle-
sia, & de amore Christi in
sacramento. 208.
- Cap. XXVI. In die sancto Pa-
rasceues, de purioribus ani-
mæ raptibus &c. 211.
- Cap. XXVII. In festo Paschæ
de liberatione animarū a
- pœnis: de bona voluntate,
de laude Dei per Alleluia.
214.
- Cap. XXVIII. Quâm exacte
discreta sint merita nostra
corâ Deo, & quomodo or-
nentur per merita Christi
217.
- Cap. XXIX. Feria tertia
Paschæ, de renouatione ma-
trimonijs spiritualis. 216.
- Cap. XXX. Quâd solius Do-
mini virtute possimus fru-
ctum facere. 217.
- Cap. XXXI. Feria 5. Paschæ
quâ vtile sit omnia opera
nostra Deo cōmendare. 217.
- Cap. XXXII. In octauo die
Paschæ, quomodo ad sus-
ceptionem Spiritus sancti
nos præparemus. 218.
- Cap. XXXIII. In die sancti
Marti de affectu litaniæ &
iuocatione sanctorū. 218.
- Cap. XXXIV. In die S. Ioā-
nis ante portam Latinâ de
dulci memoria sancti Ioan-
nis & Gertrudis. 219.
- Cap. XXXV. In ascensione
Domini: defalutatione om-
nium vulnerum Iesu, &
quâ meritorium sit in fir-
mis

INDEX.

- uire. 220.
 Cap. XXXVI. In. 5. die Pentecostes, preparatio ad susceptionem Spiritus Sancti. 224.
 Cap. XXXVII. Feria. 3. & 4. Pentecostes de supplicatione spiritualis habitu & exercitio ad Agnus Dei. 226.
 Cap. XXXVIII. In festo gloriosae Trinitatis. De modo S. Trinitatem per cor Iesu deuotè laudandi, &c. 228.
 Cap. XXXIX. In festo S. Ioannis Bap. De eius gloria pro sua bona voluntate, & de eius successione. 229.
 Cap. XL. De S. Leone Papa. Modus vincendi tentationes. 230.
 Cap. XLI. In festo SS. Apostolorum Petri & Pauli. Quomodo oves Christiani in anima nostra pascamus. 231.
 Cap. XLII. In festo S. Margaritae: De incessabilis gloria Sanctorum, pro modico labore vitae huius. 232.
 Cap. XLIII. De S. Magdalena: De penitentia vera: vnguento: bonaq; voluntate. 232
 Cap. XLVIII. De S. Iacobo:
- De merito peregrinationis ad Coipostellam: & quomodo honoratur S. p. s. & communionem. 234.
 Cap. XLIX. In festo Assumptionis B.V. De modo eam fructuosa salutadi & honoradi: & quam proprie immersse inuocantes, &c. 235.
 Cap. L. In festo S. Bernardi: Quomodo merita Sanctorum fiant nostra, & de aequissima retributione Dei. 243.
 Cap. LI. De S. Augustini pœnitentia, & amoris foruore & gloria. 245.
 Cap. LII. De gloria maxima illorum, qui totosse & expendunt in laudem Dei & salutem animarum, exemplo Augustini, Dominici, Francisci, &c. 246.
 Cap. LIII. In festo Nativitatis gloriosae Virginis exercitia ad ipsam deuotè, & de potissimo eius patrocinio super omnes ipsam inuocantes & quam gratum sit Deo quod matrem suam honoremus. 248.

Cap

INDEX.

- Cap. LIII. In die Exaltationis S. Crucis de honore debito sancte Crucis & de merito ieiunij regularis. 253.
 Cap. LV. In festo S. Michaelis de fideli ministerio Angelorum circa nos, & quid apud Deum praeualeat amans anima. 255.
 Cap. LVI. In festo Undecimum milium Virginum, quo fructu sanctæ Gratiae Deo agatur, & de virtute respensorum. Regnum mundi. 257.
 Cap. LVII. In festo omnium sanctorum: Quod religiosi boni inter martyres computatur quemque; Sanctorum merita fiant nostra. 259.
 Cap. LVIII. In festo S. Elisabeth. Quod sanctis gratissimum sit ut per eisdem ludemus. 261.
 Cap. LIX. De meritis & patrocinio S. Catharinae ibi.
 Cap. LX. In Dedicacione templi, de virtute oblationis cordis & tribulationis & de gaudio Domini super quolibet penitente. 262.
 Cap. LXI. In Dedicacione capellæ, de presentia & gra

tia Dei in loco sacro. 264.
 Cap. LXII. de Missa, quam S. Gertrudis in Dominica ante Nativitatem Christi aliquando in extasi sibi via est audire in cœlis. 265.

Liber quintus

Argumentum libri quinti.

Caput. I. De generis infirmitatis & mortis S. Gertrudis, ac de revelatione gloriae illius. 270. Ibi etiam agitur de tribulationibus iustorum & earum causis. 274.

Cap. II. De mira huius sancte matris patientia, charitate deuotione, & compassione: & quo modo Dominus agonizantem visitauit. 275.

Cap. III. De pretiosa morte & gloria S. Matris de gratia tunc viuentibus data, & intercessione eius pro contentu suo. 279.

Cap. IIII. De alijs sanctimoniis, quæ post obitum nonnullæ dum adhuc uiueret Sancta Gertrudis: nonnullæ

INDEX.

- nullæ autem post eius obitum sanctitate floruerant, quod reuelationibus diuinis compertum fuit. 282.
 Cap. V. De obitu alterius sanctimonialis eiusdem monasterij: & quomodo purgata est a nonnullis negligentijs. 282. ibidem de oratione Conuentus pro mortuis quam utilis sit.
 Cap. VI. De obitu, patientia, deuotione, ac præparacione ad mortem alterius sanctimonialis eiusdem monasterij. 286. Et ibidem de delitijs spiritualibus animorum Christo sponso dulcissimo.
 Cap. VII. De eiusdem Domine M. beata morte & copiosa remuneratione: de que Sanctorum meritis & intercessionibus. 292.
 Cap. VIII. De animabus M. & E. monialium eiusdem monasterij, quam exæstè purgabantur pro negligentijs: & præmabantur pro meritis. 285.
 Cap. IX. De alias sanctimonialiis eiusdem monasterij: &
- eius anima per infirmitatem purgata. 297.
 Cap. X. De sororis M. B. transiitu reuelationum approbatione. 298.
 Cap. XI. de alias sanctimonialiis eiusdem monasterij: cuius meritum post obitum alijs profuere. 299.
 Cap. XII. De animabus G. & B. deq; purgatione per neglectam confessione & terrena delectatione per æquissimam Dei iustitiam. 300.
 Cap. XIII. De sororis G. ferventi desiderio, deuota præparatione, morte & gloria. 302.
 Cap. XIV. De aliquibus religiosis monasterio Sancte Gertrudis inservientibus, qui orationibus illius adiutisunt. 304.
 Cap. XV. De poena Fr. Hermanni à qua erexitus est precibus Conuentus: maxime verò S. Gertrudis ibidem.
 Cap. XVI. de obitu F. Ioannis procuratoris, & quam grata fuerunt Deo quæcumque beneficia illi Conuenti monialium exhibita.

306.
 Cap. XVII. Quomodo anima fratris The. orationibus Conuentus illius ad quinque vulnera Christi oblatis, liberatus fuit. 307.
 Cap. XVIII. De poenis fratris F. qui tamen liberatus fuit precibus S. Gertrudis. 307.
 Cap. XIX. quatum fauerint orationes S. Gertrudis cui dam suo propinquo in pœnis constituto. 307. Et ibidem etiam de suffragijs per animabus in purgatorio existentibus.
 Cap. XX. De oblatione Hostiae salutaris & vigilarū, quæ per parentibus fieri solent in ordine S. Benedicti: & de magno Psalterio pro defunctis. 311.
 Quid sit Psalterium magnū, de quo saepius fit in hoc libro. 313.
 De septem Missis S. Gregorii Papæ, earumque valore & excellentia. 314.
 Cap. XXI. Quid lucratur, qui sua merita alteri com-
- muicat. 315.
 Cap. XXII. De mortis desiderio, quod Dominus in S. Gertrude succedit. 317.
 Cap. XXIII. De aurea sagitta amoris. 318.
 Cap. XXIV. De exercitio mortis annuè seruando, & de deuotis præparationibus ad eam, & de pietate Mariæ. 319.
 Cap. XXV. De consolatione Domini, & Sæctorū, & de sacra communione. 322.
 Cap. XXVI. De modo, quo secessit S. Gertrudis, atque orationibus, quas recitabat in postrema sua infirmitate ante obitum suum. 325.
 Cap. XXVII. De modo, quo officia agonizantium hæc spōsa sibi ipsi persoluit: & de præ ostensione eius exitus. 327.
 Cap. XXVIII. De commendatione, & authoritate huius libri. 329.
 Cap. XXIX. De oblatione libri ad laudem Dei, ibidem.
 Cap. XXX. & ultimū de conclusione huius libri. 330.
 Finis.